


Dry

Plut. II. Lit. i. N. 2A.

H-56



| |
|---------|
| Transit |
| LADA |
| A |
| 83 |
| 156 |




100 50 *Scale*

DE MAIESTATE
PRINCIPIS, TRACTA-
tus, relectioni Procemij Imperialium
Institutionum accommodatus.

In quo ultra diuersorum Iurium veros intellectus, aliaque rectæ gu-
bernationi necessaria, virtutes Principum differuntur. Authore
Ioanne Redin Doctore, olim in Regio Vallisolitano Prætorio, cau-
sarūq; criminalium tribunali (à quo prouocare non licet) Ius dicen-
te: deinde in eodem Regio auditorio, Senatore: Nunc Regente, Re-
gioq; Galleciæ Prætorio Præsidente. Nunc primùm in lucem editus.

Additis Summarijs: & Rerum verborumque
locupletissimo Indice.



VALLISOLITI

Excudebat Adrianus Ghemartius.

M D LXVIII.

Está tassado en siete Reales en papel.

El Rey.



PO R quanto por parte de vos el Doctor Iuan Redin, Regente de la nuestra Audiencia que reñde en el nuestro Reyno de Galicia, nos ha sido hecha relacion, diziendo, que vos auades escripto vn Libro, sobre el Proemio de la Instituta, intitulado De Maestate Principis, el qual era muy vtil y prouechofo: y nos suplicauades os diessenos licencia y facultad, para lo poder Imprimir: y Privilegio, para que por el tiempo que fuessemos seruido, ninguna persona de nuestros Reynos lo pudiesse imprimir ni vender, ò como la nuestra merced fuessse. Lo qual visto por los del nuestro Consejo: y como por su mandado se hizieron las diligencias que la Pragmatica (por nos nueuamente hecha) dispone: por os hazer bien y merced, fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra Cedula en la dicha razon, y nos tuuimos lo por bien. Y por la presente os damos licencia y facultad, para que por tiempo de diez años primeros siguiètes, que corran y se cuenten desde el dia de la hecha desta nuestra Cedula en adelante. vos ò la persona que vuestro Poder ouiere, podays imprimir y vender el dicho Libro que desuso se haze mencion. Y mandamos que durante el dicho tiempo, qualquier Impressor destos nuestros Reynos y Señorios que vos quisieredes y señalaredes, Imprima el dicho libro, sin que otra persona alguna lo pueda imprimir ni vender sin vuestra licencia. So pena que el que lo imprimiere y vendiere, aya perdido y pierda todos y qualesquier Libros y moldes que imprimiere ò vendiere: Con que primero que se venda, lo ayays de traer y presentar ante los del nuestro Consejo, juntamente con el Original que en el se vio, que va rubricado y firmado al cabo del de Pedro del Marmol nuestro Scriuano de camara, de los que residen en el nuestro Consejo: para que se vea si la dicha Impression està conforme al Original: y se os tasse el precio que por cada volumen vueredes de auer. Y mandamos à los del nuestro Consejo, Presidentes y Oydores de las nuestras Audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nuestra Casa y Corte, y Chancillerias: y à todos los Corregidores, Asistente, Governadores, Alcaldes mayores y ordinarios: y otros Iuezes y Iusticias qualesquier de todas las Ciudades, Villas, y Lugares de los nuestros Reynos y Señorios, assi à los que agora son, como à los que seran de aqui adelante: **Q V E** vos guarden y cumplan esta nuestra Cedula y merced que assi vos hazemos: y contra el tenor y forma della vos no vayan ni passen, ni consientan yr ni passar por alguna manera. So pena de la nuestra merced, y de diez mill marauedis para la nuestra camara. Fecha en Madrid, à .v. dias del mes de Mayo, de Mill y quinientos y sesenta y siete años.

Yo el Rey.

Por mandado de su Magestad.

Pedro de Hoyo.

AD SERENISSI- MVM HISPANIARVM

Principē Carolum Magnum, Phi-

lippi Magni Regis Christianissimi primogenitum :

Ioannis Redin, Regentis, Galliciæq; Præ-

torio Præsidis, in Tractatum De

Maiestate Principis,

P R A E F A T I O.



ANTIQUIS TEMPORIBVS
mos fuit, Serenissime Princeps, bonarum ar-
tium studia mandare literis, atq; in Libros re-
dacta offerre Principibus. quia neq; recte ali-
quid inchoatur, nisi post Deū fauerit Princeps :
neq; quēquam magis oportet, vel meliora scire
vel plura, quā Principem : cuius doctrina omnibus potest
prodesse Subiectis. Præterea cū lectio sine vlla delectatione,
negligenda sit : & mandare literis quæ nec delectatione aliqua
possint allicere Lectorem, sit hominis intemperanter abutētis
& otio & literis : tum etiam, quia, etsi in toto Iure tot ac tanta
Scriptorum volumina extent : aliqua tamen singularia loca, vt
is est, ita deserta, parum salutata, imò penitus omissa, atque
neglecta inspiciuntur : vt ea exornare, quæ sua sunt eis accom-
modare : non modò Lectori acceptum, gratum, ac delectabile
existimandum sit : verum ea ita inculta reliquisse, Iuris inter-
pretum desidiæ adscribendum videatur. Tum præterea, quòd
non omnia omnibus, præsertim Principibus, dedicanda sunt :
sed ea demum quæ eis suauiora, gratiora, accommodatioraq;
fore existimemus. Ea omnia, & tua potissimum Innata Cle-
mētia, has meas lucubrationes De Maiestate Principis, in qui-
bus Principum Virtutes (quibus te ornatum cernimus) descri-
buntur : qua teneor reuerentia, maximo ac propensissimo affe-
ctu, tuo nomini dicare, inscribere, ac consecrare suaferunt : vt

YO Pedro del Marmol Secretario del Consejo Real de su Magestad, doy fee que por los Señores del dicho Consejo fue tassado el Libro que computo el Doctor Redin, Regente del Audiencia del Reyno de Galizia, que ante ellos se presentó, intitulado De Maiestate Principis, en siete Reales cada cuerpo del dicho Libro: y à este precio mandaron se venda: poniendo ante todas cosas al principio de cada cuerpo del dicho Libro la dicha tassa y precio, y no de otra manera. Y porque así conste, por mandado de los dichos Señores, di la presente. Que es fecha en la Villa de Madrid, à veynte y cinco dias del mes de Mayo, de Mill y quinientos y sesenta y ocho años.

Pedro del Marmol.

hoc tanquam firmissimo testæ præsidio, tutius inter homines
 versari possint. Non quod me non animaduertere sciam, nihil
 tali tantoq; Principe dignum, tenuitatem meam afferre posse:
 sed quod tuæ humanitatis spes pulcherrima me foueat, te can-
 dida, Regiaq; Principis benignitate, opusculum hoc, vt Tuæ
 Celsitudinis oculis inspiciendum offeratur exiguum, ab humili
 famulo suscepturum. Conseruet te Deus Optimus Max.
 ac custodiat nostræ ac Christianæ Reipublicæ, Prin-
 ceptis Serenissime, augeat, & summè fortu-
 natum diutissimè incolumem & foeli-
 cem, virtutūq; omnium dotibus
 singularem, foelicitate
 donet æterna.



ERRATA, quæ Authoris relectione deprehensa sunt.

In Summarijs.

| Fol. | Pagina. | Num. | lege |
|------|---------|------|-----------------------------------------------------------------------------------------|
| 10 | 2 | 10 | Principes ante oculos debent habere arma. (addendum est) Sine causa non suscipienda. |
| eod. | ead. | 34 | appositissimè aptissimè |
| eod. | ead. | 43 | Origo loci istius militis Originem loci istorū militū |
| 23 | 2 | 98 | qui Nauarri qui & Nauarri |
| 24 | 1 | 160 | Quam tacite Quam expressè |
| 44 | 1 | 23 | seruantur præcipitur |
| eod. | ead. | 42 | appositissimè aptissimè |
| eod. | ead. | 79 | Princeps dicitur lex P. dicitur se legē apud eū facere |
| eod. | 2 | 110 | Auditores Regij Visitatores (vt vulgò dicitur) Auditorij Regij |
| 58 | 1 | 58 | meminere meminisse |
| 71 | 1 | 48 | Iudices non debent Iudex non debet |
| eod. | 2 | 125 | intra certum tempus (adde) soluat |
| 72 | 1 | 135 | eum repellere eam repellere |
| eod. | ead. | 147 | Reprehenditur consuet. Reprehendi videtur cons. |
| eod. | ead. | 165 | conf. suprā reprobata conf. suprā in dubiū reuocata |

In ipso Opere.

| Fol. | Pagina. | Num. | lege |
|-----------------------|---------|------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 2 | 2 | 7 | quæritur hic perpetuum quæritur hic per Petrum |
| 6 | 2 | 40 | ff. in verb. Cæsare ff. in verb. Cæsar |
| 13 | 2 | 20 | Alemanicos Alemanicus |
| 17 | 1 | 45 | Te natura excelsum Si natura excelsum |
| eod. | 2 | 48 | in Machabæorum .3. in Machabæorū .i. cap. 3. |
| 21 | 1 | 76 | (in aliquibus) oleum oleum |
| 23 | 1 | 87 | in fi. secundum Græcos secundum Græcismum |
| 24 | 2 | 91 | Ac Campana At Campana |
| 26 | 2 | 108 | long. vicis adacto long. vicis abacto |
| ibidem paulò inferius | | | Cæsar cum inopem Cæsar cum in opem |
| 34 | 1 | 153 | ex corrupto tradi ex abrupto tradi |
| 38 | 1 | 178 | erit & in statuto erit in vtroq; statuendi |
| 40 | 1 | 190 | in fi. vt quotidie cernimus. (adde) Al gazelumq; maiorem, in causarum criminalium tribunali, ense accinctum sedere. |
| 41 | 2 | 199 | fiat eorum condem. fiat earum condem. |
| 42 | 1 | 200 | lex noua aliquid statuens lege noua aliquid statuente |
| 52 | 1 | 65 | vota, quæ Libitinariorū (adde) in Medicos |
| eod. | 2 | 69 | quos inuenerit quas inuenerit |
| 55 | 2 | 104 | visitandos censisse visitandos sensisse |
| 58 | 2 | 8 | ciuitatem patriam, & ciuitatem, & patriam, |
| 60 | 1 | 19 | colligitur ex Platina colligitur non ex Platina |
| 62 | 2 | 44 | Et enim est Ea enim est |
| 64 | 1 | 58 | illam iudicanda causa illam iudicandi causa |
| 65 | 2 | 18 | & Paulum Cast. (adde) in .l. fi. |
| 75 | 1 | 26 | volentis volentes |
| 76 | 1 | 32 | causa datis causa data |
| 78 | 1 | 45 | ff. de conditionibus ff. de conditione |
| eod. | 2 | 50 | ex breui recitan. ex periculo recitan. |
| 80 | 1 | 62 | eadem .l. et si seuerior eadem .l. & .l. et si seuerior |
| 84 | 1 | 98 | ibiq; commédatur Alex. ibiq; commédatur Alex. |
| 99 | 1 | 41 | ius rescripta eius rescripta |
| 100 | 1 | 3 | amissorum à ciuium amissorum ciuium |
| 107 | 1 | 4 | huic est contrarius pusill. huic est contraria pusill. |
| 111 | 1 | 32 | homi. quo. eis ignito homi. quo. eis ignoto |
| eod. | 2 | 36 | par esset, facile par esset, scientia facile |
| 114 | 2 | 5 | tuleris, ista erit: tuleris, ita erit |
| 116 | 1 | 12 | deficiamus deficiamus |
| eod. | 2 | 16 | l. 3. ff. de præscrip. l. 4. ff. de præscrip. |
| 120 | 1 | 19 | cum .15. iuriscons. cum is iuriscons. |
| ibidem paulò inferius | | | fateri posthumo fateri postremo |
| 122 | 2 | 5 | cælo dirupit cælo dirupit |
| 133 | 1 | 6 | odijs exerunt odijs exercent |

SECTIONES VERBORUM huius Textus.

| | |
|----------------------------------------------------------------------|-------|
| Imperatoriam Maiestatem. | Fo. 1 |
| Non armis solùm decoratam. | 10 |
| Sed etiam legibus oportet esse armatam. | 43 |
| Vt vtrumq; tempus, & bellorum & pacis, rectè possit gubernari. | 57 |
| Et Princeps Romanus. | 64 |
| Non solùm in hostilibus prælijs victor existat. | 66 |
| Sed etiam per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellat. | 71 |
| Et fiat tam Iuris religiosissimus. | 95 |
| Quàm victis hostibus triumphator magnificus. | 99 |

Sectiones Verborum Philosophi,
asserētis quibus Virtutibus Principem armatum, decoratumq; esse oportet.


| | |
|------------------------------------------|---------|
| Fortem. | Fo. 101 |
| Iustum. | 102 |
| Seuerum. | 102 |
| Grauem. | 105 |
| Magnanimum. | 106 |
| Largum, Beneficum, Liberalem. | 107 |
| Mansuetum. | 112 |
| Cunctis esse benignum. | 114 |
| Omnibus æquum. | 115 |
| Nemini blandum. | 117 |
| Paucis familiarem. | 118 |
| Ad iracundiam tardum. | 122 |
| Ad clementiam pronum. | 125 |
| In aduersis firmum, in prosperis cautum. | 130 |
| Omnibus prodesse debet, & nemini nocere. | 132 |

Fo. 1
DE MAIESTATE
PRINCIPIS.

Proœmium Imperialium Institutionum.



IMPERATORIAM
MAIESTATEM,
non armis solùm decoratam, sed
etiã legib⁹ oportet esse armatam:
vt vtrumq; tēpus, & bellorum & pacis, rectè
possit gubernari: & Princeps Romanus,
non solū in hostilibus prælijs victor existat:
sed etiam per legitimos tramites calūnian-
tium iniquitates expellat: & fiat tam Iuris
religiosissimus, q̄ victis hostibus triūpha-
tor magnificus.



PRINCIPIVM
huius Proœmij,
omisso rubro, vsq;
ad q. Quorū, quod
Tuæ Celsitud. di-
care constitui: diuiditur in du-

as partes principales. In prima,
ponit Imperator duo, quibus
Principem decoratum, arma-
tumq; esse oporteat. In secunda,
tres effectus ex tali decore, ar-
maturaq; prouenientes. Secun-
da

da, ibi. vt vtrunq; : quæ item subdiuiditur in tres : Secunda, ibi. & Princeps Romanus. Tertia, ibi. & fiat tam Iuris religiosissimus. Et hoc continet in summa, arma & leges. Fortitudo & pulchritudo Principis, ex his manat, recta cuiusuis temporis gubernatio, vtriusq; militiæ armatæ, literatæq; victoria, cum summa Iuris religione triumphus.

Imperatoriam Maiestatem.


S V M M A R I V M.

- 1 **I** V R A Ciuilia solêt appellare Imperatores Maiestatem, etiam & Pontificia.
- 2 Quod nomen non solum Imperatoribus, sed etiam Regibus in suo Regno congruit.
- 3 Maximè Christianissimus & Potentissimus Hispaniæ Rex ita nuncupatur : à quo religio Christiana pendet.
- 4 Proponitur discutienda quæstio.
- 5 Perpenduntur duæ Codicis insignes Constitutiones. & nu. 6.
- 7 Reges dicuntur Imperatores, in suo Regno.
- 8 Monarchæ etiam appellantur.
- 9 Plus iuris habet Rex in suo Regno, quàm Imperator in Imperio.
- 10 Reges vicarij Dei nominantur.
- 11 Modus scribendi Regibus, Romani Pontificis.
- 12 Sceptum Cæsaris, Regale sceptum dicitur.
- 13 Rursum, solum Imperatoris, solum Regiæ Maiestatis appellari solet.
- 14 Iura promiscuè his vocibus Regis, &

- 15 Imperatoris vtuntur.
- 16 Imperialis Maiestat, culmen Regale dicitur.
- 17 Imperator, est Rex : quia alios regit, & a nemine regitur.
- 18 Antiquius est nomen Regis, quàm Imperatoris.
- 19 Expenditur Innocentij, & aliorum doctrina.
- 20 Tempore Noëmi coepit Deus per ministros regere creaturas : quorum primus fuit Noëmus.
- 21 In cuius vicaria successerunt Patriarchæ, Iudices, Reges, & alij, vsq; ad CHRISTVM.
- 22 **C** H R I S T V S Redemptor noster, reliquit Petrum, & successores, vicarios suos.
- 23 Hinc inferitur, Reges esse de Iure Diuino : contra Bar. & sequaces.
- 24 Approbantur Ancharani verba.
- 25 Qui committit in Reges : crimen læsæ Maiestatis committit.
- 26 Valet argumentum ab allusione vocabuli. & Maiestatis deriuatio traditur.
- 27 Iudices censentur Maiestatem habere.
- 28 A qualitate Regis, dicitur Maiestat Regia : & Imperialis, ab Imperatore. & nouus datur aliquarum Constitutionum sensus.
- 29 Declaratur Authen. Gazaros. C. de Hæreticis.
- 30 Propriè loquendo, Deus Maiestat dicitur.
- 31 Rex & Princeps in terris, est sicut Deus in coelis.
- 32 Sicut Deus adoratur in coelis, etiam adoratur Princeps in terris.
- 33 Nihil sublimius in orbe, quàm Rex in suo Regno. Et ideo CHRISTVS se Regem, non Imperatorem dixit.
- 34 Et Virgo MARIA, Regina, non Imperatrix nominatur.
- 35 Præ cæteris omnibus, Christianissimo Regi Hispaniarum, congruit titulus Maiestatis.
- 36 Neq; recognoscit in temporalibus Superiorem, cum Regnum suum à faucibus inimicorum vindicauit.
- 37 Immo Catholicis nomē eis proprium est : Regiæq;

- 37 Regiæq; leges pulchrè considerantur.
- 38 Rex Hispaniæ est Monarcha, & totum (vt dicunt) Continens in suo Regno.
- 39 Imperatoria Dignitas, & Maiestat, dici solet.
- 40 Carolus. v. Imperator Hispaniæ Rex; Sacra, Cæsarea, Catholica Maiestat nuncupabatur iure optimo.
- 41 Imperatores, Cæsares dicuntur.
- 42 Cæsares, à Iulio Cæsare deriuantur.
- 43 Promouendi ad Imperium, prius Reges Romanorum dicuntur.
- 44 Spartiani, hac de re, pulchra sententia adducitur.
- 45 Scipio Africanus, Cæsar appellatus est.
- 46 A Elius Verus, primus omnium vocari meruit Cæsar, ex Spartiano.
- 47 Imperator, dicitur Augustus.
- 48 Contra Vallam docetur, Imperium à CHRISTO & Ecclesia approbatum.
- 49 CHRISTVS Redemptor noster natus est sub Augusto Cæsare : & sub Tyberio passus.
- 50 Catholici quoq; vocantur Imperatores.
- 51 Iure optimo laudatur Philippus noster Hispaniæ Rex.
- 52 Quia barbaræ gentes, bellicos eius sudores cognoscunt.
- 53 Dignitates Ducum, Marchionum, Comitum, & aliorum, non nisi ab Imperatoribus conferri : & ideo ad Reges id porrigitur.
- 54 Rodericus Gomesius à Sylua, maior Cubicularius Regis nostri Philippi. II. dignissimis titulis, & conuenientissimis cohonestatur.
- 55 Consideratur pulchrè. I. bene à Zenone. C. de quadrien. præscriptio.
- 56 Valet donatio à Rege in filium collata.
- 57 Declaratur regula, Princeps in dubio nõ censetur velle vti suprema potestate.
- 58 A Equiparantur donationes patris erga filium : & viri in vxorem.
- 59 Baldi doctrina intelligitur.
- 60 Limitatur regula quæ ait, Donationem inter patrem & filium non subsistere.
- 61 Donatio Regis absq; insinuatione valet.
- 62 Annotatio Baldi perpenditur optime.
- 63 Reges Hispaniæ, inter alios Reges, tanquàm stellam matutinam intuentur, & micant.

- 63 In omni iuramento authoritas legis vel Superioris excipitur.
- 64 Multa specialia Principū remissiuè traduntur.



HOC eloquendi genus, quod Imperiali Celitudine congruit : sæpe Iura sectantur. Hac verborum serie, hoc dicendi studio, hoc deniq; verborum cultu ac fastigio, Imperiale culmen recensere solent. I. neminem. ibi, prout nostræ federit maieitati. C. de re milita. lib. 12. & in. I. contra publicam. ibi. augusta nostra Maiestat. eodē tit. I. si quis ex grege. ibi. nostræ Maiestatis oraculum. C. de cohorta. & princip. cornicular. lib. 12. I. fin. sed quia nostra Maiestat. C. communia. de legat. I. si Imperialis Maiestat. C. de legibus. & eadem. I. ibi. Quid enim maius, quid sanctius, Imperiali Maiestate? I. meminisse. ibi. si quid contra Maiestatem Imperatoris commissum dicatur. C. ad legē Iuliam Maiestat. I. si. ibi. nihil aliud tam peculiare est Imperiali Maieitati, quàm humanitas. C. de donatio. inter vir. & vxor. Clem. pastoralis, vers. sanè. ibi. In ipsius Maiestatis offensam. de re iudi. immo ibidem in vers. ac alias etiam. ibi. & suæ Maiestat. iniuriam : est casus, in quo Summus Pōtifex Imperatorem

hoc verborum fastigio nominare non dedignatur.

2 ¶ **QV**AE tamen omnia nō ita intelligenda puto, vt Imperatoribus solū, hic titulus debeatur. Iuris enim esse arbitror, quē libet Regem in suo Regno, Maieftate Regia vocari.

3 ¶ **NON** inquam de Christianissimo ac Potentissimo Domino ac Rege nostro, quem Deus omnipotens nobis, ac Christianæ Reipub. quæ sub eius vmbra requiescit, per multa secula seruet ac protegat. In eo enim hoc in dubium referri, vel de re tam nota quæstionē proponere, nefas esse, ac crimen sacrilegij iudico. argumen. l. 2. C. de crimine sacrilegij. cum sit omnium Christianissimus, omnium potentissimus, & summus Monarcha: & à quo vno, tota nostra religio pendere dignoscitur.

4 ¶ **ALIOS** autem Reges, quē libet inquam in suo Regno, non immerito etiam, vt suprā relatū est, hoc nomine Regiæ Maieftatis decorādos non dubito: quod tam legibus, quā rationibus, ac authoritatibꝫ comprobatur.

5 ¶ **ET** in primis, ex verbis. l. Regiæ Maieftatis est. C. vt ne-

mo priuatus titulos prædijs suis, vel alien. imponat. Atq; ex. l. digna vox. ibi. Maieftate regnantis. C. de legibus.

6 ¶ **NEC** oberit, si quispiam asferat, ea Iura in Imperatoribus loqui, qui seipfos hisce verbis frequenter (vt suprā traditum est) vocare solēt: tum quia Reges dicuntur Imperatores, in suo Regno: vt per Bal. in Proemio ff. col. 2. vers. Item nota. quod hoc est commune Ius omnium Regū. Baidus in. l. exemplo. col. fin. vers. quæritur hīc perpetuū. C. de probatio. tum etiam, quia

8 Rex est Monarcha in suo Regno. c. in apibus. 7. q. 1. c. scitote. 6. q. 3. imō plus Iuris habere Regem in Regno, quā Imperatorem in Imperio, Iure cautū est. Rex enim Regnum ad hæres transmittit, non Imperator Imperium: cuius creatio fit ex electione. c. licet. extra. de voto. iūcto. c. venerabilem. de electio.

Andræas ab Isernia in. c. 1. verb. Valuasores. nu. 5. in fine, vers. Rex est Monarcha. de his qui feud. da. poss. Idem hodie statutum est Regiis Cōstitutionibus. l. Regia. 7. in fi. tit. 1. 2. Partit. & latius. l. 8. cod. tit. & Partit. Idē And. ab Iser. in. c. 1. col. 2. de vassallo decrepit. æta. vers. Idem si non restituatur. Præterea Rex dici

10 dicitur vicarius Dei in suo Regno, sicut Imperator in Imperio. l. Regia. 5. tit. primo. 2. Partita.

11 ¶ **AD** idē, quod in subscriptione legis liquet in fine, Summus Pontifex scribens Imperatori, dicit: Deus Regnum vestrum conferuet: non inquit Imperium. Et in. c. acta. in tit. de pace Constantiæ, in vsibus feudorum, inquit: Regnante Federico Romanorū Imperatore: non dicit Imperante: & sceptrum Cæsaris, sceptrum Regale appellatur. c.

12 inter dilectos. §. tertio, quia falsum. extra. de fide Instr. Et solium Imperatoris, solium Regiæ Maieftatis: eiusque authoritatem, Regiam Iura vocant. vt in ti. de pace tenenda, & eius violatoribus, in prin. ibi. Solium Regiæ Maieftatis conscendimus. & ibi. Regia authoritate indicimus.

14 His accedit quod de Imperatore, ac Rege, de eorum iure ac Imperio, Iura promiscuē vtuntur. c. ad Apostolicā. ibi. Imperatori vel Regi. & ibi. ne regnet vel imperet. de re iudic. li. 6. & 1. Regum. c. 8. Hoc erit ius Regis, qui imperaturus est vobis. & ibidē. Et prædic eis ius Regis, qui regnaturus est super eos. Et Imperialis Maieftas, culmen Regale dicitur. l. bene à Zenone. vers. hoc enim. ibi. Maieftatem Imperia-

15 lem. & ibi. Regale culmen. C. de quadriē. præscriptio. & inquit pulchrē Bal. in Proemio. ff. col. 2. quod Imperator dicitur Rex: quia alios regit, & a nemine regitur. allegat. l. fi. C. de legibus. vbi sepe Imperialis Maieftas, Regia appellatur. His accedit text. in tit. quæ sint Regalia. ibi. Regalis numinis expeditione: & Imperator Regiam urbem suam appellēt. l. 1. circa fi. ibi. quā in hac Regia vrbe. C. de vete. iur. enucl. & in. §. fi. Insti. de satisfdat.

16 ¶ **VLTERIVS**, hæc assertio comprobatur ex eo, quod antiquius est nomen Regis, quā nomen Imperatoris. vt est text. elegans in. §. 1. vers. si quis enim respexerit. in Authen. vt præponatur nomen Imperatoris. coll. 5. pulchra lex Regia. 7. tit. 1. 7. Partit. circa princip. Primi enim magnates fuerunt Reges. Andr. ab Iser. in. c. 1. col. 2. in verb. Regis. de his qui feudum dare poss. allegat. l. 2. §. ex actis. ff. de ori. Iur.

17 ¶ **AD** hanc rem conducit doctrina Innocen. Hosti. Ioan. Andræ. ac Panor. in. c. licet ex suscepto. extra. de foro competen. assentium, Deum à principio creationis mundi: per seipsum mundum rexisse, vq; ad Noë: ac homini, quem fecit, præcepta

18 dedisse

dedisse: traſgredientibusq; poenam impoſuiſſe, Gen. 2. ca. Ex omni ligno &c. Iſtis etiam peccantibus, poenam impoſuit per ſeipſum, ſcilicet Adæ & Euæ. Gen. 3. Mulieri verò dixit. & ibi. Adæ verò dixit. Cain etiam, & Lamech, & quosdam alios, per ſeipſum puniuit. Gen. 4. & 5. c. Tempore Noë coepit Deus creaturas ſuas regere per miniſtros, quorum primus fuit Noë: qui fuit rector populi. Quod ex eo apparet, quia Dominus gubernationem Arce ei dedit, per quam Eccleſia ſignificatur. Gen. 6. & 7. c. Item Dominus, & Noë, & filiis Rectoriam & legem dedit. Gen. 9. c. vbi etiam, licet non legatur Sacerdotem eum fuiſſe, Sacerdotis tamen officium exercuiſſe, ſtatim poſt egreſſum Arce legimus. Gen. c. 8. Aedificauit autem Noë altare Domino: & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mūdis, obtulit holocauſto ſuper altare. Quod officium Sacerdotis ſimul Abel & Cain primò fecerant. In hac autem vicaria ſucceſſerūt Patriarchæ, Iudices, Reges, & alij, qui ſuis temporibus præſuerunt regimini populi Iudæorū: & ſic durauit vſque ad Chriſtum, qui fuit naturalis Dominus Deus & Rex noſter, de quo dixit Pſalmiſta, Pſal. 71. Deus iudicium tuum Regi

da. & Eſaiæ: 33. Dominus iudex noſter, Dominus legifer noſter. Et ipſe Jeſus Chriſtus conſtituit vicarium ſuum Petrum, & ſucceſſores, quando ei dixit: Dabo tibi clauſes Regni coelorum: & quando dixit, Paſce oues meas. Refert & ſequitur Martino Lauſenſis in Tractatu de Principibus, in prin. verſ. 1.

¶ **E X** quibus deducendum videtur, Reges fuiſſe de iure diuino: contra ea quæ tradunt Alberi. Angel. Paul. Caſtren. & reliqui poſt glo. in .l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iur. concludentes Regna eſſe de iure gentium: & per conſequens, Reges: cum ſingulæ gentes elegerint ſibi Reges vt illic interpretes declarant. In quo tamen vera concluſio videtur, conſiderata cauſa prima ac immediata, Reges eſſe de iure diuino, cum à Deo immediate procedant, cum ipſe ſit Rex Regum. Sed ſi cauſam mediatam conſideremus, eos eſſe de iure gentium: iuxta tradita per tex. glo. & Doctores, in præallegata. l. ex hoc iure. Ita eleganter Corſetus in Tract. de poteſt. Regia. q. 1.

¶ **N E C** omittenda ſunt pulchra verba Petri de Ancharano in Conſi. 339. allegat tex. in. c. 1. vnde. extra, de ſacra vnctio-
ne, &

ne, & illud Prouerbio. 8. Per me Reges regnant: & illud Pſal. Deus iudicium tuum Regi da: & .l. Petri. 2. Deum timete, Regem honorificate: & illud. Subditi eſtote omni poteſtati: ſiue Regi, tanquam præexcellenti: ſiue Ducibus, tanquam ab eo miſſis. c. 2. de maior. & obediens. pro maiori intelligentia, aſſerentis, Reges in Regnis habere vetuſtiſſimum titulum, à iure quodammodo naturali, & diuina quadam prouidentia. In quo etiam videndum eſt Conſi. Oldra. 69. conſueuit dubitari. Ex quibus ſatis liquet, culmen verbi Maieſtas, Imperatoribus attributum: nulla ratione Regibus in ſuo Regno eſſe negandum.

¶ **D E I N D E** veritas hæc euidenter apparet. Si enim Reip. Maieſtas dicitur, ac Principis, & in eam committens. l. Iulia Maieſtatis tenetur, ac ſi in Imperatorem commiſſet. l. 1. ff. ad legem Iuliam Maieſta. & .l. quiſquis. C. eodem tit. cui dubium, aduerſus Regem committentem, earum legum poena aſtrictum eſſe: & per conſequens, Regiam Maieſtatem læſiſſe. Si enim læſa Republica, Maieſtas Reipub. læſa dicitur: cur læſo Rege non erit læſa Regia Maieſtas? vt vniuerſis notum eſt: eo maxime,

quia ſi Reipub. Maieſtas eſt à fortiori, & Regis, qui ei præeſt ac dominatur: Authen. multò magis. C. de ſacroſ. eccle.

¶ **I D E M** quoq; cōprobat, ſumpto argumento ab alluſione vocabuli, iuxta .l. 1. ff. de teſta. l. 1. ff. de acqui. poſſeſſ. §. eſt & aliud. Inſtitu. de donatio. l. defenſores. 2. C. de defenſoribus Ciuita. Cum enim Maieſtas, quaſi maior ſtatus dicatur, vt ſcribit Albericus in Dictionario, in verbo Maieſtas. 2. quis non fatebitur maiorem ſtatum eſſe Regis in ſuo Regno?

¶ **H V I C** applicandum eſt, quod tradi ſolet: etiam Iudices habere Maieſtatem. l. Ius pluribus. ibi. Salua Maieſtate Imperij ſui. de iuſti. & iur. Miniſterium enim Apparitorum, & ſtaſtium tribunalium: venerandam exhibet Magiſtratum Maieſtatem. vt per Valerium Max. li. 2. c. 5. in princ. pulchrè: Lucā de Pen. in rubri. de Apparitorib. Præfecti vrb. li. 12. Quare ergo non æqua, vel ſimili, immò maiori ratione Regum eos conſtituentium, hiſq; ſacibus atq; maieſtate decorantium, Regia Maieſtas nuncupabitur, vt notum eſt.

¶ **P R A E T E R E A** conſide-
A 4 ratio

ratione dignum est : quod licet Iura primo loco allegata, loquētia de Regia Maieftate, in Imperatore Rege loquantur : tamen perpenfo iudicio, ibi probatur etiam Regiam dici Maieftatem : cum si aliud effet, & ratione Imperatoria dignitatis Maieftas : diceretur semper & vbiq; Imperatoria Maieftas : & nunq; Regia Maieftas vocaretur. Si igitur Regia Maieftas à lege vocari solita est : ergo etiā Regia dicitur Maieftas, à qualitate Regis, non ab ea qua Imperator est. A qualitate enim Regis, dicitur Maieftas Regia : à qualitate verò Imperatoris, Maieftas Imperialis, seu Imperatoria. Sunt enim duæ qualitates, quæ simul cōcurrūt : quarū quælibet ex se potest operari suum effectum : vt in simili tradit Bal. & communis scribentiū caterua. Et illic amplè Iaf. 8. notab. tex. in.l. Titia textores. nu. 26. cum pluribus qui sequūtur. ff. de legat. 1. Et hic est verus ac planus illarum Constitutionum intellectus, vltra omnes Doct.

18 ¶ V L T E R I V S hoc ipsum probatur ex Authen. Gazaros. C. de Hæreti. & ex. c. vergentis extra illo ti. quibus traditur grauius delinquere eum, qui æternam, quam qui temporalem offendit Maieftatem : nec in tem-

poralibus, ea Iura distinguūt Regiam ab Imperiali.

29 ¶ H I S proximū est, quod propriè Maieftas Dei est. Num. c. 14. ibi. Omnes homines qui vident Maieftatem meam, & signa, quæ feci in Agypto. & . 2. Paralip. c. 7. Maieftas Domini impleuit domum. Nec poterant sacerdotes ingredi templū Domini : eò quod impleffet Maieftas Domini, templum Domini. Et Sapientia, inquit : Candor est lucis æternæ, & speculum sine macula Dei Maieftatis, & imago bonitatis illius. Et Baruch. 5. in fi. Adducet enim Deus Israël cum iocunditate in lumine Maieftatis suæ, & cum misericordia & iustitia, quæ est ex ipso. Et Ezechiel. 43. c. Et ecce gloria Dei Israël ingrediebatur per viam oriētalem, & terra splendebat à Maieftate eius. E. saia. 60. c. Domum Maieftatis meæ glorificabo. Et Matth. 19. Cum sederit filius hominis in sede Maieftatis suæ. Et Matth. 25. Cum autem venerit filius hominis in Maieftate sua. & ibi. tunc sedebit super sedem Maieftatis suæ. Et Deuterono. c. 5. Ecce ostēdit nobis Dominus Deus noster Maieftatem & magnitudinē suam. Et apud nos est tex. in.l. non distinguemus. §. Sacerdotio. ff. de

de

de arbitr. & in.l. 1. in prin. ibi. A 31
coelesti Maieftate. C. de vete. iu. enuclear. A simili tamen etiam Reges Regia Maieftate nominandi sunt : sumpserunt enim nomē Regum à Deo, qui dicitur Rex Regum. Sicut enim Deus fouet ac conseruat Reges in terra, vicē Deigerentes, ad Iustitiam administrandam : Sic Reges tueri tenentur ac fouere sibi subditos in iustitia & veritate. Quilibet enī Rex dicitur vicarius Dei, in suo Regno : sicut Imperator in Imperio. l. Regia. 5. tit. 1. 2. Partit. ac Imperatorem dici vicarium Dei in terra in tēporalibus : vt summum Pontificem in spiritualibus, disponit lex Regia. 1. in fin. eod. tit. & Partita.

30 ¶ A T Q V E ex his dicere solemus, Regem seu Principem in terris esse, sicut Deum in coelis : in authen. de Instrumen. cautela & fide. colla. 6. §. quia igitur. & in authenti. constitutio, quæ de dignitatibus. §. illud. ea. colla. 6. quos ad hoc expendit Lucas de Pen. in.l. cōtra publicam. 5. col. C. de re milita. li. 12. vers. 67. Ad idem tex. non omittendus in. §. propterea. in Auth. de quæsto. colla. 6. glo. nota. in.l. iubemus. 1. in verb. coeleste. C. de sacrosan. eccle.

¶ I D E O Q V E & id traditū est : Sicut Deus adoratur in coelis : ita & Principem adorari in terris. l. primicerium. C. de fabri cen. li. 11. l. 1. C. de præposi. sacri cubic. li. 12. Nec obstat qd solus Deus adoratur, iuxta illud diuini eloquij Matth. 4. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies : quia adoratio de qua in ea. l. primiceriū ponitur impropriè pro omni exhibitione reuerentiæ. vt illic per glo. & in.l. penul. C. de Cōsul. vbi glo. in verb. nostra, inquit : tunc Principem adorari, cum salutatur. Adoratur enim Princeps, alij verò salutantur. l. 1. C. de silentiar. vbi glo. in verb. adoranda : refert Ioan. de Platea post Barto. in ea. l. primiceriū. Facit tex. l. 1. in verb. adoraturi, iuncta glo. in verb. salutationes. C. de præpo. sacri cubic. li. 12. Quis autem fuerit primus, qui adorari se iussit, cū ante eum cuncti salutarentur, fuit Diocletianus : authore Eutropio, in Diocletiano. Diligentissimus tamen (inquit) & solertissimus Princeps, & qui Imperio Romano primus Regiæ consuetudinis formam, magis q̄ Romane libertatis inuexit, adorariq; se iussit : cum ante eum cūcti salutarentur. Nec prætermittendum est, qd de equo ita edocto, vt Traianum adorauerit, refert

A 5 Dion

Dion Cafsius Nicæus, in vita Traiani, Georgio Merula Alex andrino interprete, in hæc verba. Nam fimulac Parthorum ac Armeniorū fines ingreffus est, regionis fatrapæ, ipſiq; mox Reges, cum muneribus ei occurrerunt, equumq; duxere ita edo-ctum, vt Regem adoraret. Nam pedes anteriores in modum ſup- plicantis flexit, caputq; pedib9 eius qui proximus eſſet, ſubiecit. & adorationis ambitioſum, fa- ſtigium vocat. l. ſi quando. C. de ſtatu. & imag. diſponens quâdo ſtatuae in honorem Principis eri- guntur, Iudices loci debere ad- eſſe, non tamen eas adorare de- bere: & q̄ ſummum Pōtificem in pede oſculamur, ait glo. in. l. 1. C. de domeſti. & protec. li. 12. & ibi Doct.

32 ¶ P O S T R E M O nihil al- tius in orbe, nihil ſublimi9 quo- libet Rege in ſuo Regno: nec ex- cellentius nomine Regio: adeò quòd Chriſtum Deum noſtrum benedictum, nunq̄ Imperatorē, ſed ſemper Regem nominatum legimus. Bald. Conſi. 328. prima parte in ſi. iuxta illud, Attollite portas principes veſtras, & ele- uamini portæ æternales, & in- troibit Rex glorię. Pſal. 33. & pro- batur Ioan. 18. c. vbi Chriſtus Pi- lato dicenti ei: Ergo Rex es tu?

Reſpondit, Tu dicis, &c. vt per Boer. deciſ. 178. col. 2. nu. 9.

33 ¶ E T beatiffimam Virginem Mariam, Redemptoris noſtri ge- nitricem glorioſiſſimam, Regi- nam & matrem miſericordiæ, non Imperatricem appellari cō- ſuetum eſt. Quia nomen Impe- ratoris eſt magis nomē terroris, & rigoris: Regina autem eſt ma- gis nomen prouidentię & æqui- tatis: cum Rex à regendo dica- tur. c. cler. & ſequen. 21. diſt. Ita pulchrè Matth. de Afflict. in præludiis Conſi. Regni Sicil. q. 1. in ſi. dicēs, ſe hoc legiſſe in qui- buſdam ſcriptis Sãcti Dionyſij. Et de excellentia glorioſiſſimæ Virginis Mariæ, videnda ſunt quæ elegãter tradit Chaffenæus in Catalogo gloriæ mūdi. 3. par. 4. conſid. Quis igitur Reges, Dei vicem in orbe tenentes, vt dixi, Maieſtatis nomine nō decoran- dos arbitrabitur? Eſt enim om- nibus maius eorum Imperium. Dicitur enim Rex, quaſi Rector, à regendo: quia Regnum regit, atq; gubernat. & quaſi regula: quia ſicut per eam indirecta: ita per Regem iniuſta cognoscūtur, ac iuxta leges corriguntur. l. Re- gia. 6. tit. 1. 2. Partita.

34 ¶ E X quibus omnibus, tradi- tionem hanc veriſſimam puto, atq;

atq; eamã fortiori, nempe Chri- ſtianiffimis Hispaniæ Regibus, quibus iure hic titulus debetur, iuxta Epistolam, Inter claras. i- bi. Chriſtianiffime Principū, C. de ſumma Trini. & in. l. liquet. 5. Deum autem. ibi: vt Chriſtiani- ſſimi præ cæteris omnibus Ma- ieſtatis titulum conuenire: cum 36 vltra ſummam religionem, ſum- mam potētiam, ac monarchiam teneāt locum Imperatoris in ſuo Regno. Oldradus pulchrè Conſ. 231. vt eius de quo quæritur, ali- qualis notitia habeatur. col. 1. 35 verſi. niſi fortè. Non enim ſupe- riorem in temporalibus cognof- cunt: quia Regnum à faucibus hoſtium eruerunt. iuxta glo. illã celebrem. in. c. Adrianus. 2. in verb. per ſingulas. 63. diſtin. Pa- nor. in. c. per venerabilem. nu. 9. qui filij ſint legitimi. Nicol. de Vbaldis in tracta. de ſucceſſ. ab inſteſta. col. 28. verſi. vltimus le- gitimandi modus. in ſi. Bal. in. l. ex hoc iure. col. 2. verſi. tertio 37 quæritur. ff. de iuſti. & iur. Pa- nor. & Doct. in. c. ſuper ſpecula. extra, de Priui. Latiffimè Caſtal. in tracta. de Imperatore. q. 53. His accedit quod eleganter Ol- dradus ait, Conſi. 69. conſuevit dubitari. col. 4. verſi. & cum ipſe. 38 quippe verba Imperatoris, in. l. 1. C. de Iuſtiniano C. confirman. aſſerentis, quòd per arma Impe-

riam ſuum munuit. Melius ac iuſtus Hispanis conuenire, atq; eos dicere poſſe, armis terram ſu- am ab Infidelibus acquiſiſſe. ad idem elegans lex Regia. 9. tit. 2. li. 1. Ordenamē. ibi. (por ſer eſte derecho ganado por los Reyes, por la conquista que hizierō de- ſta tierra.) Catholici quidē Re- ges, ac domini noſtri, Hispaniæ Regna poſſidēt iure proprio, ac bello parta. Proprio enim ſanguine, cum multis expenſis ac peri- culis, abſq; Imperatoris adiuto- rio, terram acquiſuerūt, domi- nium & iuriſdictionem, bellica acquisitione ditioni, Imperioq; ſuo ſubijcentes. Petrus Belluga in ſuo Speculo Principum, rubr. 14. & cum ſint Reges non recog- noſcentes ſuperiorem, exercent omnia Imperatoris iura, in ſuo territorio. Panor. in. c. quæ in ec- cleſiarum. nu. 6. de conſtitutio. atq; ad id conducit doctrina In- nocen. in. c. cum P. Tabellio. ex- tra, de fide instrumen. & Rex His- paniæ eſt Monarcha, & totū con- tinens in ſuo Regno. Corſetus in tracta. de poteſta. & excellentia Regia. q. 45.

38 ¶ N E C omittendum putauit, Maieſtatem hãc Imperatoriam, quam lato ſermone ſuprà tetigi- mus, alios dignitatem Imperato- riam, alios Maieſtatem Impera- toriam

toriam vocaſſe: teſte Trebellio Pollione, in vita Gallieni, col. penul.

39 ¶ **E A M Q V E** Sacram Cęſaream, Catholicęq; appellari moris eſt: vt vidimus in Chriſtianifimo, inuictiſſimo, omniumq; potentiſſimo Cęſare, **C A R O L O** Quinto, Hiſpaniarum Rege, domino noſtro, cuius anima cum Chriſto requieſcit: quod & iuri conſonum eſt, cum Imperator Sacer dicatur. l. fi. ibi. ſacros vultus inhiantibus. C. publicę læti. qui vltimus eſt trium librorum C. eiusq; reſcripta, ac priuilegia Sacra appellatur. l. ſacri affatus. C. de diuer. reſcrip. l. fi. ibi. ſacri noſtri oraculi. C. de deſenſo. Ciuita. Imò Sacraſiſſimus dicitur. l. penul. ff. ad Tertulli. Ad idem tex. in. §. ſi qua verò. in Authen. vt præponatur nomen Imperatoris. ibi. Sacraſiſſimi Auguſti Imperatoris. colla. 5. ac ipſius leges ſacraſiſſimę dicuntur. l. leges ſacraſiſſimę. C. de legibus. Ac idē ipſe Sacraſiſſimus, vt ſuprà retulimus. & eſt tex. in prin. C. in rubro. ibi. Sacraſiſſimi Principis. & in. §. 1. in prin. in Authen. iuſiurādū quod præſtatur ab his. colla. 2. & in. l. pen. C. ad Sylla.

40 ¶ **C A E S A R E A M** quoq; dici, traditum eſt, teſte Hieronymo Cagnolo, in eleganti relecti-

onē per eum edita ad Proœmij rubricę Proœmij. ff. in verb. Cęſare. vbi videndus eſt poſt Alberii Bal. & reliquos à nu. 57. vſq; ad. 59. Ad idem textus ſuprà in Proœmio harum Inſtitutionum in rubro. ibi. Imperator Cęſar. ibi quoq; glo. & cōmunis interpretū doctrina. c. inter dilectos. verſ. tertio, quia falſum. ibi. Cęſaris imaginē. extra. de fide inſt. c. cōuenior. verſ. respondi ego. 23. q. 8. l. 4. ibi. ſtatuas Cęſaris. ff. ad. l. Iul. maieſt. l. 1. & l. ſæpe audiui Cęſarem. ff. de offi. præſid. l. 1. & 2. & in rubro. ff. de off. procuratoris Cęſ. Pulchrè Alciat. in annotationibus ad tres poſteriores lib. C. ad rubric. de excuſat. artiſi. col. 2. vbi differit de intellectu. l. & ſi excepta. ibi. in comitatu meo vel Cęſaris. C. de maleſi. & illud diuini eloquij: Reddite quę ſunt Cęſaris, Cęſari.

41 ¶ **Q V O D** quidem Cęſaris nomen, à Iulio Cęſare, reliquos omnes Principes Romanos, ac poſt eos Imperatores, traxiſſe notum eſt. Quo nomine præter alios, ſe gaudere, Iuſtinianus ait in. §. 1. in authētico, vt præponatur nomē Imperatoris. colla. 5. deinde verò Cęſares dicti ſunt, vt ſcribit Spartianus in Seuero: Quasi Principum quidā filij, & Auguſtę Maieſtatis hæredes. Et cum iret

iret (inquit) contra Albinum, in itinere apud Viminatium, filium ſuū maiorem Baſſianum, appoſito Aurelij Antonini nomine, Cęſarē appellauit: vt fratrem ſuum Getam ab ſpe Imperij, quam ille conceperat, ſubmo ueret. Hęc ille. Quales hodie ſunt Reges Romanorum, qui ad Imperium promouēdi, prius in Reges Romanorum eliguntur: latē Caſald. tracta. de Imperatore. q. 10. & 45.

¶ **I V L I V S** Capitolinus, in Clodio Albino: Nam ad hunc eundem quōdam Commodus, cum eum ſucceſſorē Albino daret, literas dederat, quibus iuſſerat, vt Cęſar eſſet: quarū verba ſunt. Alias ad te publicè de ſucceſſore, atq; honore tuo miſi: ſed hanc familiarem & domeſticam omnē, vt vides, manu mea ſcriptam epiſtolam dirigo: qua tibi do facultatē, vt ſi neceſſitas fuerit, ad milites prodeas, & tibi Cęſareum nomen aſſumas.

43 ¶ **S P A R T I A N V S**q; in Aelio Vero: Cęſares, inquit, dicti ſunt, quaſi quidam principū filij, & deſignati Auguſtę Maieſtatis hæredes. Et quoniā de Cęſarū nomine in huius præcipuè vita eſt aliquid diſputandum (inquit) qui hoc ſolum no-

men adeptus eſt, Cęſarem: vel ab elephāto, qui lingua Mauro-rum cęſa dicitur, in prælio cęſo, eum qui primus ſic appellatus eſt, doctiſſimi viri & erudiſſimi putant dictum: vel quia mortua matre, ventre cęſo ſit natus: vel q̄ cū magnis crinibus ſit vtero matris effuſus: vel quōd oculis cęſijs, & vltra humanum morem vigerit. Certē: quęcunq; illa felix neceſſitas fuit, vnde tā clarum & duraturum cum æternitate mundi nomen effloruit. Hęc ille.

44 ¶ **E T** quanq̄ Cęſares, à primo Romanorum Imperatore Iulio Cęſare dicti ſint: ante Imperatores tamen, nomen Cęſaris inditum primū Scipioni Africano, rationibus ſuprà relatis ſcribunt Plinius & cęteri, authore Cagnolo in præallegata relectione Proœmij. ff. nu. 57. & 58. vbi fuſus videndus eſt.

45 ¶ **P R I M V M** autem quem Cęſarum nomine appellatū, nec tamen Principem, aut Auguſtū fuiſſe legimus: ſed primum (inquam) qui tantum Cęſaris nomē accepit: Aelium Verum ponit Spartianus, in Aelio Vero in prin.

46 ¶ **A P P E L L A R I** etiā ſolet

let Imperator semper Augustus, vt hîc in rubro: vel ex eo, quod propositi esse debeat, vt augeat: vel eò quod, à primo Octauiano Augusto, cui hoc nomen Augusti inditum est, vt amplè per Cagnolum vbi suprâ, nu. 77. cû pluribus, qui sequuntur: reliqui Imperatores eo nomine appellentur.

47 ¶ **NON** tamen in re, de qua agitur, obliuioni tradendum existimaui, quod Laurentius Vala vir eruditissimus, Elegantiarum. c. 251. eo teste scribit: Non erubescunt (inquit) Christiani appellare Imperatorem Cæsare Augustum, à damnatis tyrannorum nominibus: qui non modò Rempublicam oppresserunt, sed sub eorum gladio Rex verus celi & terræ occisus est: Cui Respondet Cagnolus vbi suprâ, nu. 82. quod cum à Christo, & ab Ecclesia, approbatum est Imperium, & nomina predicta: vt traditur in. c. nouit. extra. de iudicijs: nō est prohibitum Paganorum nomina assumere. Ideo nimirum si Christiani Imperatores prædecessorum suorum in Imperio, tã gloriosa nomina, & tantę dignitati congrua, sibi vendicarunt: allegat tradita per Signorolum Consi. 129. col. 2. Inquit præterea, quod nec sub Iulio Cæsare

nec sub Augusto passus est Christus, sed sub Tyberio: vt nō tam ex Orofio, & Paganorum historijs, q̄ ex sacri Euangelij lectione cognoscitur.

48 ¶ **QVOD** vltimum potuit Cagnolus omittere, cum notum sit, Redemptorem nostrum sub Augusto Cæsare natum, iuxta illud sacri Euangelij: Exijt edictũ à Cæsare Augusto, vt vniuersus orbis describeretur: sub Tyberio passũ: vt per Eutropiũ de gestis Romanorũ, in vita Tyberij.

¶ **H V I V S** (inquit) Imperij, quintodecimo anno, Dominus Iesus Christus prædicationis suæ sumpsit initium: octauo quoq; decimo eiusdẽ anno, Iesus Christus filius Dei pro nobis sese morti offerens, crucifixus est. Nec hoc Laurentio Vallæ viro doctissimo fuit incognitum: nec oppositum ex verbis eius colligitur: sed id solũ, nempe Christũ Redemptorem nostrum sub gladio Cæsarum Augustorum occisum, quod verum est: cum Tyberius, & omnes Cæsares post Octavianum Augustũ, Augusti Cæsares appellentur: vt suprâ diximus. Id tamen animaduerto: ea verba Laurentii, nec in eo. c. nec in eo Elegantiarum lib. licet diligenti studio, à me reperta fu-

isse.

isse, nec tale caput. 251. in eo reperiri.

49 ¶ **CATHOLICA** quoq; appellatur, iuxta textum in clementina. i. §. penul. versic. nec in eis. ibi. quodque vt Princeps catholicus. de iure iurando. bonus tex. in. c. ita quorũdam. ibi. per Principes catholicos. extra. de Iudæis.

50 ¶ **EX** præmissis colligitur, quod iure Rex noster inuictissimus, ab alijs Sacra, Catholica, Regia; Maieftas: ab alijs Catholica, Regia, Maieftas nuncupetur: quæ nomina verè rei consonant. Quis enim ita Sacer, qui sacra colat, qui sacra extollat, qui sacra tueatur, qui sacras leges populo tribuat, vt Rex noster sacratissimus? Quis ita Catholicus, qui summo fidei amore incensus, cõgregatis q̄ plurimis ditionũ suarum à Regnorũ, gentibus quotidianis, ac innumerabilibus sui Regii patrimonii sumptibus, summis vigiliis, summaq; providentia, Sarracenos, Turcas, Lutheranos, fidei nostræ inimicos persequitur?

51 ¶ **V T Q V E** eius Regiæ Maieftati verè applicanda sint pulchra verba Imperatoris, in. §. qui infra proximè sequitur. ibi. Bar-

baricas gentes bellicos eius sudores cognoscere: & cui iure cõueniunt verba Iustiniani in. §. 1. in authen. vt Iudices sine quoquo suffragio fiãt. colla. 2. Omnes nobis dies ac noctes contingit, cum omni lucubratione & cogitatione degere, semper volentibus, vt aliquid vtile & placens Deo à nobis collatoribus præbeatur: & non in vano vigiliis ducimus, sed in huiusmodi eas expendimus consilia, pernoctantes, & noctibus, sub equalitate dierũ vtentes: vt nostri subiecti sub omni quiete consistant solitudine liberati: nobis, in nosmetipsos, pro omnibus cogitationem suscipientibus: per omnem nanq; curiositatem, & inquisitionem subtilem discurremus, illa agere querentes, quæ vtilitatem nostris subiectis introducendo, omni eos onere liberent, & omni damno extrinsecus illato: citra publicũ censum, & iustam legitimamq; collationem. Hæc ibi. Altissimus Deus eum per multã secula seruet, ac custodiat: & æterna tandem beatitudine perfruatur.

52 ¶ **EX** his etiã, quæ de Imperatore, ac Rege latè congesta sunt, infertur: quod cum dignitates, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, ac etiã Principatus in aliquibus

quibus Regnis, de quibus loquitur lex Regia. ii. tit. i. 2. Parti. dicantur dignitates Regales. c. i. de feudo Marchie, Ducatus. ibi. quoq; Bal. & cæteri. Nec earum dignitatum collationes, ab alio quam ab Imperatore fieri queant, earumq; collatio ad eum pertineat. iuxta decisio. tex. in co. c. i. de feudo Marchie. vbi hoc idem colligit Bal. & docetes. Ad idem tex. ex quo id colligunt Iaco. de bello visu, Bal. & alij in supra memorato. c. i. quis dicatur Dux: vbi inter cætera in verb. à Principe Baldus ait: Thefauros dignitatum in Principe Romano reconditos esse. traditur per And. ab Iser. & alios in. c. i. de his qui feud. da. poss. Ex quo & illud tradi solet ab Imperatore, tanquam à fonte; fluere ac procedere omnes Regias dignitates. Bal. in sepe allega. c. i. quis dicatur Dux, Marchio, vel Comes. ad quod. l. sacrilegij. C. de diuer. rescrip. l. ult. ff. de constitu. Princi. Idem enim & in Regib; obseruandum: vt eas de quibus locuti fuimus dignitates, in eorum Regnis conferre possint, vt Imperatores: ex præmissis satis liquet. ac eiusdem decisionis author est Andræ. ab Iser. in. c. i. de his qui feud. da. po. col. 2. in ver. Regis. ibi. idem de Rege Sicilie, & alijs. Soci. Conf. 67. Consilij nostris. col. 3. nu. 3.

& .4. vol. i. vers. idem tamen est dicendum in Regibus. Soci. Cōf. 165. Dominus labia mea aperiat. col. 2. vers. 2. præmittendum est. vol. 2.

53 ¶ **E T** ita Rex noster christianissimus, inter alias dignitates, quibus plurimos sibi subditos decorauit: Rodericum Gomessium à Sylua, Principem ab Euoli designauit, virum genere nobilissimum, splendore veritatis, candore prudentiæ, venustate modestiæ, probitatisq; firmissimo præsidio adornatum, ac Regio obsequio deditissimum: quem propter hæc & alia summæ virtutis merita, pluribus officijs, ac honoribus summæ authoritatis, ac præminentia præesse voluit: & inter alia summæ cōfidentia officia (quo nihil vltra) tuæ Celsitudini in maiorem (vt hoc eloquendi genus sequar) famulorū tuæ excelssæ domus crexit. De cuius officij authoritate est. l. illa Regia elegantissima. 17. tit. 9. 2. Par. eumq; alia cōstitutio Regia Principem agētium in rebus appellat. l. Regia. 12. tit. 18. 4. Part.

54 ¶ **Q V A E** iura, & tuæ Celsitudinis famulis applicanda, duxi. ex ea. l. bene à Zenone. ibi. siue ab his qui postea digni fuerunt nomine Imperiali. C. de quadr. præscri

præscrip. & in. c. Adrianus. i. cū glo. in ver. Augustos. 63. distin. atq; ex his, quæ habentur in ea gl. singulari. & illic per Archidi. in. c. fi. 24. q. i. quam refert, ac de eafusus scribit Iaso, post Bal. in. l. in suis. col. 3. vers. 3. principa-liter. ff. de libe. & posthu.

55 ¶ **E X** eadem quoq; materia deducitur: donationem à Rege collatam in filiū in sua potestate cōstitutū, viribus subsistere, vt statutū est, in donatione ab Imperatore collata in filiū in sua potestate cōstitutū. Ita eleganter Bal. in. c. i. ite. §. Sacramēta. nu. 19. ver. 2. vtrum Rex. de pace iuram. firm. Sequitur Alex. l. Centurio. col. 5. ver. pro hoc etiā facit. ff. de vulga. vbi Alex. id procedere voluit: vbi apparet Regē voluisse donare authoritate Regia. per notata in. l. bonorū. in verb. sciens. C. qui admitti.

56 ¶ **C V I** limitationi congruit regula, quæ disponit Principem in dubio non cēseri velle vti suprema potestate. Doct. in. l. quanq. C. de milit. testa. Alex. in alle. l. Centurio. col. 6. super tex. ibi. iure communi. l. in testamento. i. cum sua materia. C. de mili. test.

¶ **B A L D I** tamen doctrinam, absq; vlla limitatione ante ipsū

posuit Oldradus, Conf. 231. Vt eius de quo quæritur. Ludou. Ro. ibi quoq; Corneus, dicens singulare. in authen. ex testamēto. co. 2. vers. fallit. 5. C. de collat. Corsetus in tract. de potesta. Reg. q. 6. Castal. in tracta. de Imperatore. quæst. 110. vers. 293. Et vltra eos Felinus in. c. cū non liceat. col. 4. in princi. vers. de istis. Dicit Oldra. de præscrip. Soci. Con. 66. Consilijs nostris. col. 2. nu. 7. vers. sed fallit in Rege. i. vo. Deci. Cōf. 271. in casu transmissio de Hispania. col. 2. vbi loquitur de quodā casu Marchionis de Tarifa. vol. 2. Iaso in præludijs feudorū. col. 7. nu. 15. vers. nota etiā. in prædicta quæst. ne erres.

57 ¶ **E A** ratione, quia donationē patris in filium in potestate, & eam quæ à marito confertur in vxorem constante matrimonio, iura paribus passibus procedere decernunt: prout disponit. l. donationes quas parentes. C. de donat. inter vir. & vxo. Sed non est dubium donationem à Rege in vxorem constante matrimonio collatam, firmam esse. l. donationes quas Diuus Imperator. C. de dona. inter vi. & vxo. Pari ergo ratione, idem in donatione à Rege in filium in potestate collata concludendum est.

58 ¶ **N**EC huic concludioni quicquam obftabit obiectio Baldi, ea fcilicet: Principē in dubio nō videri velle vti fuprema poteflate. Illud enim ita demum procedere dicendum eft, quando a-
ctus à Principe geflus, de ordinaria poteflate, viribus fubfiftere poffet: l. fi quando. C. de inoffi. teft. Si verò eum actum de poteflate tantum abfoluta, non de ordinaria, fubfiftere poffe notū fit: Principem eo cafu videri velle vti ea fuprema, ac abfoluta poteflate, ne actus pereat, conftitutum eft: vt probatur in l. etiam. ff. de bo. libertor. Paul. Caftr. fingulariter Conf. 414. in facto præfenti. col. 3. ver. nec obftat. 2. parte in antiquis. vt finguulare refert ac fequitur Hippoly. Singularem. 84. Princeps in dubio. Idem in practica caufarum crimi. §. quæritur modo. & .8. de alia. q. vbi latè Paulus Caftr. in l. ex imperfecto. C. de teftam. & in l. quanq̃. vbi latè Alex. C. de milit. tefta. cum fimilibus.

59 ¶ **Q**UAE omnia limitant illud tritum: quo definitum eft, regulariter donationem à patre in filium, in poteflate collatam, nullius effe momenti. l. 1. §. fi pater filio. ff. pro donato. l. fi pater. eo. tit. l. pater. ibi quoq; Bal. C. de inoffi. donatio. glo. Cynus, Bal.

& communis doctentium caterua in l. fi. C. de vfucapio. pro donat. tex. & communis affertio in l. donationes quas parentes. C. de donat. inter vir. & vxor. latè Bart. & moderniores, ibi quoq; Iaf. in lectura, & in repetitione in l. frater à fratre. ff. de condi. indeb. Nec ab his diffentire video legē Regiam. 3. post medium. titu. 4. Partita. 5.

60 ¶ **E**X his præterea conftat donationem Regis abfq; infinuatiōe, non iudicandam nullam: immò ac fi ea interueniffet fuū robur, firmitatemq; obtinere, author eft Ioan. Andræ. in additionibus ad Speculum, in tit. de instrumen. editione. §. porro, in additione magna incipiēte, Subfcribat. ibi. vltimò dicendū eft. Oldrad. Cōfi. 231. vt eius de quo quæritur. Imola in Repetit. c. cū contingat, vbi pulchrè declarat nu. 93. ver. an autem. de iureiuran. Benedictus de Plumbino in l. fi arrogatus. §. cōful. ver. prædicta funt vera. ff. de manumiff. vindicta. Felinus in .c. cū non liceat. col. 4. ver. vult etiam Oldrad. extra. de præfcriptio. Vt enim ab Imperatore facta fine infinuatiōe, viribus fubfiftit: ita etiā facta à Rege, vt ipfi tradunt, & in indiuiduo pulchra. l. Regia. 9. cuius initium eft, Em-
pera

perador o Rey. tit. 4. 5. Partit.

61 ¶ **V**LTERIVS ex his euidenter liquet, quod & Bal. adnotauit in .c. 1. §. fi. incipit, illud. de prohib. feudi alien. per Federicum: vbi Bal. col. fi. ver. quæro vtrum. elegāter ait, quod ficut in iuramento cenfetur excepta authoritas Imperatoris. c. 1. §. fi. fic & authoritas Regis. Sicut enim Imperator excipitur in iuramento, quia tanq̃ ftella matutina in medio nebulæ meridionalis eminet: idē in Rege, cū fit dominus iurantis, ac eius cui fit iuramentum: & quò ad fuos fubditos, ipfe fit in Regno fuo, tanq̃ quidam corporalis deus: licet non ex hoc fit alter Imperator, quia vnum eft Imperium. l. 2. §. deinde quia difficile. ver. nouiffimè. ibi. & neceffe effe Reipub. per vnum confuli. ff. de orig. iu. Nam etfi Deus vnū Angelum eximeret à fua poteflate, fupposito quòd hoc poffet: non tamen Angelus ille effe deus. Ita excepto vno Rege ab Imperio, non tamē ille eft Imperator. vt elegāter Bal. ait, & ponit Speculator in tit. de feu. §. fi. ver. 15.

62 ¶ **E**T in terminis loquens de inuictiffimis Regibus Hispaniæ, quos tãquàm ftellā matutinam inter alios Reges intuemur: tra-

dit eleganter Corfetus in tracta. de poteflate & excellētia Regia, q. 27.

63 ¶ **I**N omni enim iuramento, authoritatem legis vel Superioris exceptam iura tradūt. l. Imperatores. ff. ad municipales. & illic Barto. & latius Alberi. c. veniētes. de iureiuran. glo. Panor. & fufius Felinus, ac Decius in .c. conftitutus. extra. de refcrip. in verb. iuramento. Bart. & communis fcribentium caterua, per tex. vbi latè Alexan. & latius Socinus, & Iafon, ex hac regula plura notanda decidentes in l. fi. ff. qui fatifda. cogantur.

64 ¶ **P**OSTREMO, ex his infertur, quòd cū in iure multa fpecialia, ac foli Principi, feu Imperatori referuata legamus: quorum. 66. cafus ponit Iacobinus de Sãcto Georgio in tracta. feud. in verb. Princeps Pedemontium. 67. Lucas de Pen. in l. contra publicam. C. de re milita. li. 12. 330. Caftrald. in tracta. de Imperatore. q. 110. ea omnia Imperatori referuata, etiam Regibus referuata dicendum eft. vt latius Caftrald. ibi fcribit. in fi. ver. fcicndum tamen eft.

Non armis folùm
decoratam.

S V M M A R I V M.

- 1 **R**EGEM, armorum & equitandi oportere esse peritiffimum. vbi aliquot Iuris Regij refponfa optime ponderantur.
- 2 Aurelius Imperator in genere armorum exercitatiffimus. ex Fla. Vopifco.
- 3 Iulius quoq; Cæfar huiufmodi fuit.
- 4 Item & Domitianus.
- 5 Tiberius eandem laudem confecutus est.
- 6 Laudatur Octavianus Auguftus.
- 7 Alexander Seuerus etiam commédatur.
- 8 Quibus additur Adrianus.
- 9 Et Clodius Albinus. ex Capitolino.
- 10 Principes ante oculos debent habere arma.
- 11 Vt fecit Octavianus Auguftus.
- 12 Ex Plutarcho notantur fingularia quædam præcepta.
- 13 Reges enim præcinctû femper deferre debent: quibus exemplum proponitur Chriftianiffimus Philippus. 11, Hifpaniæ Rex.
- 14 Decet Maieftati Regum custodes corporis fui circumferre: quod legib⁹ Regni, & multis fingularibus oftenditur.
- 15 Iulius Cæfar custodes corporis fui adhibebat fideliffimos Hifpanos.
- 16 Germani quoq; , hac in re, fideles reputantur.
- 17 Sed antiquitate fidelitatis, hac in re, illuftriores funt Hifpani.
- 18 Commendatio Hifpanorum elegans ex Liiio.
- 19 Primicerius custodiarum Principis habet dignitatem.
- 20 Germani, an hodie Alemanni funt, dubitatur iure optimo.
Commendatur Ioannes Orofcus Pincianus Auditor.
- 21 Germani, hodie funt Theutonici.
- 22 Principes in fuo armamento diuerfa arma habere debent: & eorum custos dicitur Primicerius.
- 23 Immò in omnibus Ciuitatibus, Iure Regio probatur arma diuerfa fore.
- 24 De fabricenfibus multa traduntur.
- 25 Armorum principes officiales, fignate armorum Principis fignabatur in brachio.
- 26 Artifex illuftris potefl prohibere alios, ne fignû fuû vſurpēt in operibus ſuis.
- 27 Subditi Principum debent eſſe armati. Pragmaticæ Tarafonæ & Madritij expendantur.
- 28 Principes non ſolùm togatos, ſed armatos Conſiliarios habere debent.
- 29 Qua in re laudatur Alexander Seuerus. Et M. Antoninus: ex Capitolino.
- 30 Et M. Antoninus: ex Capitolino.
- 31 Cogitationes conſilij roborari pbatur.
- 32 Virtutis bellicæ comes, eſt prudentia.
- 33 Decet ſapientem prius conſiliorum experiri, quàm armis certare.
- 34 Tullij verba appoſitiſſimè referuntur.
- 35 Ibi ſalus, vbi multa conſilia.
- 36 Declaratur cap. quid culpatur. 34. q. 1.
- 37 Rurſus Paralipo. ca. 13. lib. 1.
- 38 Qualis eſſe debeat Princeps docetur.
- 39 Quæ conſilio funt, proſperè exequuntur.
- 40 Rex noſter Philippus innumeros armigeros, & ſui corporis cuſtodes alit. de eorû Capitaneo aliqua enarrantur.
- 41 Qui milites examen ſtrenuitatis, & virtutis, ac generis prius ſubire debent.
- 42 Sed quæ requirantur in examine, latè dicitur.
- 43 Origo loci iſſi militis inquirere oportet.
- 44 Milites non ſunt fortes, niſi vulnera ac mortem contemnant.
- 45 Buen eſſuerço vence mala ventura.
- 46 Milites debent eſſe fortiſſimi.
- 47 Catilinæ dictum, ex Saluſtio, ad milites.
- 48 Laudatur Iudas Machabæus.
- 49 Commendatur Cato Maior.
- 50 Et Iulius quoq; Cæſar, & ſeq. 51. & 52.
- 51 Fortitudo, maximè in Ducibus, eſt neceſſaria.
- 52 Summa militiæ laus eſt, obedientiam Reipublicæ vtilitatibus exhibere.
- 53 Ex obedientia victoria ſequitur.
- 54 Monitiones Principum & Ducum, fortiores reddunt milites.
- 55 Et multipliciter fieri huiufmodi exhortationes docetur.

Dicitur

- 58 Diui Hieronymi ſententia de hac re refertur.
- 59 Et Eutropij alia optima.
- 60 Milites cupiunt laudari.
- 61 Militib⁹ nūtiari debet hoſtiû fortitudo.
- 62 Et merces laborum fuorum promitti.
- 63 Fortiſſimorumq; hominû exempla proponi.
- 64 Exempla maiorum ſunt incitamenta virtutis.
- 65 Virtutem & honorem acquirit qui dat præmia.
- 66 Arma, milites fortiores reddunt.
- 67 Non tantum in armis ſpes belli ſita eſt, ſed in Deo protectore.
- 68 Milites ærumnas bellorum & labores ſuſtinere debent.
- 69 Quintiliani ſententia de milite Mariano pulchra.
- 70 Milites oportet promptos eſſe, ad omnes licitos honeſtosq; labores.
- 71 Ita vt quæ ſua ſunt, non in iumentis, ſed proprijs humeris deferre debent.
- 72 Laudantur milites noſtri Hifpani, circa Inſulam Maltæ.
- 73 De militibus Rhodiensibus, remiſſiue traditur.
- 74 Milites paucis contenti eſſe debent.
- 75 Saluatoris noſtri, apud Lucam, de militibus reſponſio.
- 76 Milites, aut eorum Tribuni, non debent prouinciales ſtipendijs onerare.
- 77 Et tempore reſenarum, vt vulgò dicitur, id etiam ſtatuitur.
- 78 Deploratur ruſticorum calamitas in rebus militaribus.
- 79 Militum inſolentiam increpat Aurelianus Imperator.
- 80 Declaratur .l. fin. §. erit autem. C. de re milit.
- 81 Scipionis dictum ex Valerio adducitur.
- 82 Et Publij, Lucijq; Scipionum.
- 83 Valerij conſideratur dictum.
- 84 Marci Curij verba ad legatos referuntur.
- 85 Et Iulij item Cæſaris ad milites.
- 86 Panis bis coctus dandus eſt militibus.
- 87 Milites debent mala ſuſtinere. neq; vino debent inebriari.
- 88 Leui victu alendi ſunt milites, & quare.
- 89 Veruex vnde dicitur.



MAIESTATEM
Principis, armis decoratam eſſe oportere, Iuſtinianus ait: quod vltra omnes multiplici cõſideratione ornare viſum eſt.

1 **E**T ea primùm, quæ Regiam perſonam tangit: Oportet enim Regē armorum, ac equitandi eſſe peritiffimum, ac omnia alia facere, quæ celeritatem, fortitudinemq; deſiderant: vt latius hæc & alia declarat elegans conſtitutio illa Regia. 19. tit. 5. 2. Partit. Atq; idem in filiis Regum ſtatuit lex illa elegans Regia. 10. tit. 7. 2. Partita: quod multis exemplis Principum cõprobatur.

2 ¶ V T de Aurelio Imperatore Flavius Vopifco Siracuſius ait: Nullum vnq̄ diem prætermiſit, quamuis feſtum, quãuis vacantem, quo non ſe pilo, & ſagittis, ceteriſq; armorum exerceret officij.

3 ¶ D E Iulio quoque Cæſare inquit Suetonius, Armorum & equitandi peritiffimus: in agmine nonnunq̄ equo, ſæpius pedibus anteibat capite detecto, ſeu ſol, ſeu imber eſſet.

4 ¶ D E Domitiano quoq; idem Suetonius

S

Suetonius

Suetonius ait, quòd licet armorum nullo : ſagittarum tamen præcipuo ſtudio tenebatur. Et inter alia, inquit : Nonnūquam in pueri procul ſtantis, præbentisq; pro ſcopulo diſpāſam dextræ manus palmam, ſagittas tāta arte direxit, vt omnes per interualla digitorum innocuè eua-derent.

5 ¶ E T de Tiberio Cæſare Suetonius inquit : Quafi eum arguens, equi quòq; & armorum ſolitas exercitationes omiſit.

6 ¶ I D E M de Octauiano Augusto : Exercitationes (inquit) campeſtres equorum, armorūq; ſtatim poſt ciuilia bella omiſit.

7 ¶ E T de Alexandro Seuero, Lampridius ait : In armis magnus : adeò vt multa bella, & glorioſè geſſerit.

8 ¶ E T de Adriano, Aelius Spartianus : Equitauit, armisq;, & pilo ſe ſemper exercuit.

9 ¶ E T de Clodio Albino Imperatore, inquit Iulius Capitolinus : Hic ergo omnem pueritiam in Africa tranſegit eruditus literis Græcis, ac Latinis medicriter : quòd eſſet animi iam militaris, & ſuperbi. Fertur in

ſcholis ſæpiſſimè cantafſe inter puerulos : Arma amens capio, nec ſat rationis in armis : Arma amens capio.

10 ¶ C V I V S contrariū : quicquid ipſe cantauerit, à Principibus obſeruandum eſt : cum præ oculis ſemper habere debeant. Arma, niſi maioris emolumentum cauſa, ſuſcipienda nō eſſe : vt eleganter de Augusto Cæſare tradit Suetonius, num. 25. Prælium quidem (inquit) aut bellum ſuſcipiendū omnino negabat : niſi cum maior emolumentum ſpes, quam damni metus oſtenderetur. Nam minima cōmoda, nō minimo ſectantes diſcrimine, ſimiles aiebat eſſe, hamo aureo piſcātibus : cuius abrupti damnum, nulla captura penſari poſſet.

11 ¶ E T de eodem Cæſare Octauiano Augusto, inquit Eutropius, de geſtis Romanorum, in eius vita : Adeò deniq; turbas, bella, ſimultates, execratus eſt : vt niſi iuſtis de cauſis, nunquam genti cuiq; bellum indixerit : iactantisq; eſſe ingenij, & leuiſſimi dicebat : ardore triumphandi, & ob lauream coronam, id eſt, folia infructuoſa, in diſcrimen, per incertos euentus certaminum, ſecuritatem Ciuium præci-

præcipitare : Neq; Imperatori bono, quidquam minus, quam temeritatem cōgruere : ſubiungens : armaque niſi maioris emolumentum cauſa, nequaquam mouenda eſſe : ne compedio tenui, iactura graui, petita victoria ſimilis ſit hamo aureo piſcātibus : cuius abrupti, amiſſiq; detrimentum, nullo capturæ lucro penſari poſſet. Idem ſcribit Sextus Aurelius Victor, in eodem Augusto Cæſare.

12 ¶ N E C omittendum eſt quod Plutarchus, lib. de diſcrimine adulatoris & amici, inquit : Carneadem dicere ſoluitum, Regum ac diuitum filios, nihil rectè, nequè bene diſcere, præterquam equitare : propterea q̄ his aſſertetur præceptor in exercitatione literarū, vſq; laudans quidquid dixerint : aduletur & is qui colluctatur, cedens ac ſubmittens ſeſe. Porro equus haud intelligens, neq; cogitans, priuatus quis ſit, an Magiſtratus : diues, an pauper, præcipitat quiſquis ignarus eſt equitandi. Hæc ille.

13 ¶ S E C V N D A conſideratio eſt, quam quotidie cernimus delationis armorum. Quæ etſi non magni momenti fortè vi-

deatur : oculos tamen videntium ſummè delectat videre Regem noſtrū Chriſtianiſſimum, ſemper enſe accinctum, ac Tuam Celſitudinem, tam in Regia domo, quam extra, & ſimiliter cateruam Procerum Regni circumſtantium. Militis enim inſignia eſſe, idque ſignificare enſe accinctum, diſponit pulchra lex Regia . 17 . titu . 21 . 2 . Partita, in fine legis. Militesq; quatuor virtutibus, præ cæteris hominibus ornatos eſſe oportere : Prudentia, ſcilicet, fortitudine, temperantia, ac iuſtitia : quas virtutes arma militaria designant. Eaſq; ſignanter enſem ſignificare, diſponit pulchra lex Regia . 4 . titu . 21 . 2 . Partita : cuius rei veſtigium in eo enſe, qui Principi prægeritur, reſuſſe, fortè non leui conſideratione dicendū eſt, vltra omnes ex ea . 1 . Regia elegantiffima : licet Zaſius Iuriſcōſultus doctiſſimus eū enſem, qui Principi prægeritur, ad eius rei ſimilitudinem fieri, qua faſces olim Magiſtratibus præferbantur, author eſt. Faſces enim Magiſtratum fuere inſignia : cum eis ſecures virgīs alligatæ præferrentur : eo . teſte, qui videndus eſt in . 1 . 2 . 5 . populo deinde aucto . in gloſa . vltra ſextum . ff . de origi . iur .

14 ¶ H I S adiungitur tertia consideratio custodiae corporis Regiae Maiestat. In omnium quippe conspectu est Hispanorum, ac Germanorum custodias armatas, tam equitum, quam peditem eum custodire, ac circumire: iuxta tit. illum. C. de domesticis & protectoribus. li. 12. Et dicuntur protectores milites fortes, qui stant armati coram Principe, ad protegendum eum. glo. in ea. rubri. de domesti. & protectori. & illic Ioan. de platea, & Lucas de Pen. De quibus etiam custodibus Regiae personae, est elegans illa constitutio Regia. 9. tit. 9. 2. Parti. qui iuxta vulgarem ac antiquam Hispaniae consuetudinem, *asmesnadores*, nomen habent. De eorumque qualitatibus, est ibi casus menti commendandus.

15 ¶ H A N C igitur Hispanorum custodiam, ad eam, quae corpori Principis instituta est, antiquissimam legimus: ac Iulium Caesarem summum illum Monarcham, custodias Hispanorum habuisse, teste Suetonio in eodem Caesare, nu. 86. Suspicionem (inquit) Caesar quibusdam suorum reliquit, neque voluisse se diutius vivere: neque curasse quae valetudine minus prospera vteretur. Idemque & quae religiones monerent,

& quae renuntiarent amici neglexisse. Sunt qui putent, confisum eum nouissimo illo Senatusconsulto, ac iureiurando, etiam custodias Hispanorum, cum gladiis inspectatum se remouisse.

16 ¶ G E R M A N O R V M etiam custodia est antiquissima in Principibus, & multis experimentis fidelissima, auctore Suetonio in Sergio Galba, n. 12. ibi. Item Germanorum cohortem a Caesaribus olim ad custodiam corporis institutam, multisque experimentis fidelissimam dissoluit, ac sine villo commodo remisit in patriam.

17 ¶ H I S P A N O S tamen gloriarum fas est, cum eorum custodia Principum corpori destinata sit antiquior: & ex superioribus, illud manifestum est, cum in custodia Iulij Caesaris, nullum verbum de Germanis, sed solum de Hispanis. Tum praeterea, quod Hispanorum a primo Caesare, Germanorum vero ab aliis Caesaribus post eum sit instituta. quod inter alia plura, Hispanorum fidem ac fortitudinem antiquissimam plane demonstrat. Nec id exemplum inter caetera spernendum puto: nec id nouum. Hispanos enim feram, bellicosamque gentem, Titus Liuius Decad. 4. li. 4.

li. 4. fol. iii. in prin. appellat: adeo, quod cum P. Manlius Praetor ad occasionem rebellionis tollendam, arma omnibus cis Iberum Hispanis ademerit. Eam rem adeo aegre passi sunt, ut multi mortem sibi metipso consciscerent. Ferox inquit gens, nullam vitam rati sine armis esse, eodem Tito Liuiio auctore ead. Decad. 4. li. 4. fol. iio. ad fi. Adeoque Romanos omnes ingens Celtiberorum metus inuaserat: ut ex omnibus non esset, qui ire in Hispaniam, vel miles, vel legatus auderet: donec P. Scipio, qui post Africanus dictus est, vltro sese militaturum in Hispaniam obtulerit, teste Eutropio de gestis Roman. li. 4. vbi agit de bello Macedonico, ad fi. Eiusdem rei auctor est Cicero pro lege Manilia, loquens de bellis quae Pompeius gesserit. ibi. Hispaniense, mistum ex Ciuitatibus, & ex bellicosissimis nationibus.

19 ¶ H A R V M que custodiarum Principis Primicerius seu Dux, seu Tribunus, seu Praepositus, dignitatem habere dicitur. l. 2. cum glo. & illic Docto. C. de Primicerio. li. 12. quia militiam cum praepositura, ut sunt Capitanei, dignitatem esse constat. Ioan. de platea, per tex. ibi. in l. vna. C. de equestri dignitate. li. 12.

20 ¶ E T dicuntur Germani, qui hodie recentiori vocabulo Alemanici vocantur, ut tradit Flavius Vopiscus Siracusius in vita Proculi: quod non audeo affirmare, scilicet Germanos ac Alemanos idem esse: cum Imperator hic in rubro. ibi. Alemanicos, & ibi. Germanicos. & in rubro Procemij. ff. ac in rubro de Iustiniano C. confirmari diuersis titulis, scilicet Alemanico, & Germanico inscribatur.

¶ E T in quo sit horum discrimen: & quae sint haec Prouintiae Germaniae & Alemaniae, nouissimè vltra omnes a penetralibus declarat Hieronymus Cagnolus in Repetit. rubric. Procemij. ff. nu. 60. per totum. in verb. Alemanicos, qui omnino videndus est: nec silebitur Ioannes Oroscius vir doctissimus, ac meus olim in Senatu Pintiano collega dignissimus: qui quidem in Commentar. in Procemium. ff. in verb. Alemanicus. inquit, olim Germanos superiores Alemanos appellari: qui hodie Sueui, Heluetij, Bauari. Hac ille:

21 ¶ I L L V D autem expeditum est, Germanos, & Theutonicos idem esse. Panor. in. c. venerabilem. post glo. illic. in verb. Germanos. extra. de electio. ad qua

- expositionem etiam glo. in .c.1. 34. dist. Et de Teuthonica terra meminit tex. c.1. §. similiter. in tit. de capitul. Corradi. & dicuntur Germani, quia veri Germani sunt, id est veri nobiles. glo. in c.1.34. dist. vel à gigno .is. propter fecunditatem in generando: est enim patria multum generatiua. teste Ioanne And. quem refert, & simpliciter sequitur Pan. in eo .c. per venerabilem. col. 3. ver. item nota .ibi. Germanos. de elect. Quod satis sensit glo. in allegato. c.1.34. dist. dum inquit, secundum vnam expositionem, Germanos quasi verum germine esse.
- 22 ¶ **Q**UARTA consideratione Maieſtatem Principis armis decoratam esse oportere, dicendum est, eo quod arma diuersi generis Principes in suo armamento habere solent: vt videmus in Rege nostro Christianissimo, ac tu a Celsitudine. iuxta dispositionem tex. in .§. 1. ibi. sacro nostro inferri armamento. & ibi. & deferre ad sacrum nostrum armamentum. in auth. de armis. col. 6. Et qui arma reponit in armamento, eaq; in armarijs Principis conseruat: que vulgo, armero maior vocamus, Primicerius à iure dicitur. argu. l. 2. C. de fabricen. lib. 11. cum ibi traditis.
- 23 ¶ **Q**UINTA erit consideratio: propterea quod non solum in armamentis Principis, sed & in eis, quæ cuiusq; Ciuitatis sunt, ac aliorum locorum, arma totius generis Principes habere oportet. vt statutum est Regia constitutione. 24. ti. 23. 2. Parti. incipit, (Ingenios, & armas, & ferrametas, de todas maneras, deuen tener los Reyes guardadas en sus Villas: mayormente en aquellas, que estuuieffen en frontera: para lleuar consigo quando huuieffen de cercar algun lugar, o para fazer mal de otra guisa à sus enemigos: ca este es theſoro que se torna en gran pro:) & ante eam idem statuit Iustinianus in .§. hoc autem obseruare. in authen. de armis. colla. 6.
- 24 ¶ **H**IS proxima est sexta consideratio, propter officiales, quos Principes habent ad arma conficienda, qui fabricenses à iure vocantur, alias fabricensij, & armificatores. vt in authen. de armis. in prin. colla. 6. ad quos pertinet, ac eorum est, arma publica, & in locis publicis, & non alibi, constituere, seu fabricare. Ioan. de platea in rubri. C. de fabricen. li. 11. post glo. & qui præest fabricensibus: & cui per fabricenses arma traduntur, eaq; reponit, atq; in armarijs publi-

eis conseruat, Primicerius dicitur. de cuius honoribus ac officio, est tex. ac ibi Ioan. de platea in .l. primicerium. C. de fabricensibus, li. 11. & hi officiales, seu officia gerentes antiquitus, stigmatate, id est, ferro, in quo nomen Principis sculptum erat, in brachio signabantur. l. stigmata. C. de fabricensibus. l. Regia. 21. tit. 21. 2. Parti. non in facie seruata ratione. l. si quis in metallum. C. de poenis. Ioanes de platea, post glof. in ead. l. stigmata. qui per eam infert optimum gladiatorum artificem, gladios propter artis peritiam, & sui operis bonitatem, bene vendentem prohibere posse, ne alius eius signum in armis, per eum conficiendis, sibi vendicet, cum eius interfit, ne alius imperitus artifex tale signum assumat: ne operum confusio, ac primi boni artificis diffamatio sequatur. Ad quod conducit tex. in .c. nonnullis. extra. de Iudæis. tex. in .l. mime. C. de episcopali audiencia. & quod ibi Doct. & tradita per Bartol. in tracta. de insig. & armis. col. 2. nu. 5. vers. sed quero Vnus portat certa arma. Et cum eis concordat Benedictus in repetit. c. Rainutius. in prin. fo. 9. nu. 59. vers. ad hoc facit. extra. de testamentis.

27 ¶ **N**E C ab his discrepat. 7. co

sideratio, quæ Principum subditos in suo Regno arma tenere iubet, iuxta personarum qualitatem: & vt quolibet anno Caléd. Martij faciant monstram vel resignam, quam vulgo alarde vocant: vel vt eo tempore, quolibet anno armati prodeant, ac inspiciantur an armis ita instructi sint, vt ad arma proficere possint. quod .l. Regia. 10. tit. 3. li. 4. Ordenamen. statutum est: & latius eam ampliando, Pragmatica Regia Tarasonæ lata, anno Domini. 495. l. 104. cuius est ampla dispositio, ac notabile Proceium in volumine Pragmaticarum: & hodie Regia Pragmatica Regis nostri Christianissimi, lata Madritij. 17. Iunij. 1563.

28 ¶ **H**IS accedit. 8. consideratio Consilij scilicet rerum militarium seu belli, in quo habet Rex noster Christianissimus viros in re militari, bellorum, ac armorum peritissimos: Regni etiam magnates, viros inquam strenuissimos, ac fidelissimos, nobilissimos, ac fortissimos, & manus ad arma apponere solitos in obsequium Regis Maieſtatis: & tales deniq; vt in eis exuberent, quæ in similibus requirenda disponit elegans illa constitutio Regia. 4. tit. 1. Partit. 2. cuius verba hic inferere visum est. Inquit

erunt.

enim. E aum moſtraron, que ſe deuia acóſejar el Emperador en fecho de guerra có los omes honrados, y con caualleros, y con los otros que ſon ſabidores de ella: y que an a meter en las manos, quãdo menester fuere. E de ue vſar de ſu poderio por conſejo dellos: bien aſi, como ſe guia por conſejo de los ſabidores de derecho para toller las contien- das, que naſcen entre los omes.

29 ¶ QVOD Alexander ille Seuer⁹ in ſumma obſervatione habuit, authore Aelio Lampridio. Fuit præterea illi cõſuetudo (inquit) vt ſi de iure, aut de negocijs tractaret, ſolos doctos & diſertos adhiberet. Si verò de militari, milites veteres, & ſenes bene meritos, & locorũ peritos, ac bellorum & Caſtrorum, & omnes literatos: & maximè eos, qui hiftoriam norant, requirens quid in talibus cauſis, quales in diſceptatione verfabatur, veteres Imperatores, vel Romani, vel exterarum gentium feciſſent. Hæc ille.

30 ¶ I D E M de Marco Antonino Philoſopho Imperatore legimus, teſte Iulio Capitolino, in hæc verba: Semper fanè cū Optimatibus, non ſolum bellicas res, ſed etiam ciuiles, priusq̃ fa-

ceret aliquid, cõtulit: deniq; ſententia illius præcipua ſemper hæc fuit: Aequius eſt, vt ego tot talium amicorũ conſilium ſequar, quàm vt tot tales amici meã, vnus voluntatem ſequantur.

31 ¶ C O G I T A T I O N E S enim conſilij roborantur, & gubernaculis tractanda ſunt bella. Prouerb. 20. c. Et Iudith. 2. Vocauit ad ſe omnes maiores natu, omneſq; duces & bellatores ſuos, & habuit cum eis myſteriũ conſilij ſui. Et infra. Tunc Holofernes vocauit duces & magiſtratus virtutis Aſſyriorum.

32 ¶ E A enim ſola virtus bellica dici poteſt, cui comes ſit Prudentia. Sine conſilio fortitudinè temeritatem videri, plurimumq; in bello prudentiam valere: que cauta ſemper & perſpicax incertorum prouidet caſus. Scribit Egeſippus de bello Iudaico li. 5.

33 ¶ O M N I A autem prius experiri, quàm armis certare ſapientem decet, vt ait Terentius in Eunucho.

34 ¶ E T Tullius primo de Officijs. Cùm ſint duo genera decertandi, vnũ per diſceptationem, alterum per vim: illud propriũ hominis, hoc beluarum: confu-

gient

giendum eſt ad poſterius, ſi priore vti non licet.

35 ¶ I B I enim ſalus vbi multa cõſilia. Prouerb. 11. c. Oportet enim Principes habere antiquos & ſapientes Conſiliarios: de quibus dicitur Iob. 12. In antiquis eſt ſapientia, & in multo tẽpore prudentia. Facit. c. Epifcopus. 15. q. 7. immò punitur Prælatus, qui eſt Princeps Eccleſiaſticus. vt in c. quid culpatur. in glo. 34. q. 1. non vtens conſilio. vt in c. peruenit. 84. diſtin. In dubijs præcipitur ſpecialiter conſilium ſeniorum, id eſt, ſapientum exquirere. c. ſi. 20. diſt. Seniores enim ſapientes ſunt. c. porro. 84. diſt. Et principib⁹ Eccleſiaſticis graues & peritos viros cõſilij veſtri adhibere participes, & cum eis hoc communi deliberatione pẽſate, inquit Gregori⁹ in c. eſtote. 1. q. 1.

36 ¶ E T hoc eſt quod voluit litera dicti capituli, Quid culpatur: conſiliũ belli eſſe apud Principes. conſilium, ſcilicet, non ſuum tantũ: quia non debet inniti prudetiã ſuã: nec eſſe ſapientis apud ſemetipſum. Prouerb. 3. c. & in c. ne innitaris. extra. de conſtitutionibus: & etiã ab anniculo debet eſſe doceri parat⁹. c. ſi habes. 24. q. 3. l. potioris gra-

us. C. de officio rectoris prouintia. l. 1. §. ſed neq; C. de vete. iu. enucleã. l. apud Iulianum. ff. de fidei commiſſarijs libertatib⁹. Princeps enim cõſilia bona ſequi debet, ac eis acquieſcere. c. de Conſtantinopolitana. 22. diſtin. 7. q. 1. c. peruenit.

37 ¶ A D quæ etiam illud. 1. Paralipom. 13. c. Inijt autem Dauid. conſilium cum Tribunis & Centurionibus. Similiter. 2. Paralip. c. 10. dicitur, quòd Roboan reliquit conſiliũ ſenũ: quo Regnum Iſraël ſciſſum eſt. Idem. 3. Reg. c. 12. & 4. Reg. c. 6. Rex Syriæ inijt cõſilium cum ſeruis ſuis. Quòd maximè requiritur in rebus bellicis, vt quis ſit homo conſilij. Primo Machab. 2. c. dicitur: Et ecce Symon frater veſter: ſcio q̃ vir cõſilij eſt. Ipſum audite ſemper, & ipſe erit vobis pater. Et Iudas Machabæus fortis viribus à iuuetute ſua: ſit vobis princeps militiæ, & ipſe aget bellum populi. Et. 5. c. circa finè: Ceciderunt ſacerdotes, quia ſine conſilio exiuerunt in prælium. Et Eſaiæ. 19. Conſiliarij ſapientes dederunt conſilium. Et Hieremiæ. 38. Si conſilium tibi dederò, non me audies.

38 ¶ C V M enim Princeps debet eſſe magnanimus, virtuoſus, & bo-

& bonus. Magnanimi est non fugere commonentem, id est, consiliantem, immò sequi, ut dicitur .4. Ethico. Qui Consiliarij dicuntur esse penes eum, sicut satellites ac serutores Principum à quibus stipendia suscipiunt ac aluntur. argum. l. milites. C. locati: & sicut familiares sub vno patrefamilias. argum. l. pronuntiatio. §. familiae. ff. de verb. sig. & sunt sicut membra ad caput. Pars enī corporis Principis sunt Consiliarij. l. quisquis, in prin. C. ad. l. Iuliam maiestatis. Principemq; eorum hominum consilio uti debere, qui & ei amici sint, & boni intellectus. disponit elegans. l. Regia. 5. tit. 9. 2. Part. Ac Principum Consiliarios semper in eo consilio, quod Regi de derint, Iustitiā (quæ Dei & mundi mediatrix est) sequi oportere, disponit. l. elegans. 28. in fi. tit. 10. 2. Parti.

39 ¶ **D V B I V M** enim non est, omnia omnino, quæ consilio rectè geruntur, iure meritoq; effectu & firmitate mitti. l. dubium non est. C. de repud. Decius in. l. fi. 1. notab. C. de pactis. l. si auiam tuam. C. de ingenu. manumiss. Omnia enim quæ pondus habet, seu ponderosa (ut interpretum verba sequar) oportet Principem non ex se, sed cū con-

silio statuere. Bal. & reliqui post tex. ibi. rationabilis consilij tenore perpesso. in. l. placet. & illic Tafon, nu. 9. cū pluribus sequen. C. de sacros. eccle.

40 ¶ **N E C** omittatur. 9. consideratio armigerorum, seu militum equitum, seu equestrium, quos Rex noster Inuictissimus alit in suo Regno, (qui vulgò las guardas vocantur) qui quidem non dicuntur habere dignitatē. l. si. ibi. non militia sed dignitas. C. qui militare possunt vel non. li. 12. Eis autem præpositus, dux, seu tribunus, vel (ut vulgi verba sequar) Capitaneus, dignitatem habere dicitur. l. vna. & illic glò. Ioan. de Platea, Lucas de Pen. C. de equest. dignita. li. 12. honorē tamen habere dicuntur: armata enim militia honor est. l. quāuis. ibi. honore suspenso. C. de decurionib. li. 10. Lucas de Pen. in. l. vna. C. de equestri dignitate. li. 12.

41 ¶ **N E C** hic præmittendum est, Neminem militū equitum, peditumue ad militiam assumendum, non præcedente eius examine ac aptitudine, à Magistro militum suscepta. l. penul. aliās neminem. C. de re militari. li. 12. Ut enim scholari, ad Doctoris dignitatem ascendere cupienti, primò

primò examē subire necesse est. l. magistros. C. de professoribus & medicis: Ita & militi, qui etsi idoneus reperiatur, ad militiam tamen non admittitur, nisi litera Principis, qui eum approbet, ac tali militia dignum iudicet, præcedat. ut ea. l. penul. prouisum est. & l. matriculam. C. de agentibus in rebus. li. 12. atq; nō obliuioni tradēda. l. in nomine domini. §. quantos autem. C. de officio præfec. prætor. Africæ.

42 ¶ **I N** eorum autem examine, qui ad militiam assumendi sunt, plura circūspiciēda scripta sūt: ac primū, de qua plaga mūdi sint. Item, an ex vrbibus, vel rure: & in qua ætate sint tirones eligendi: vultus quoq; & corporis inspectio est habēda. Omnes enim nationes, quæ vicinæ sunt Solis, nimio calore siccitatis amplius quidē sapere, & minus habere sanguinis dicuntur: ideo metuūt vulnera, quia exiguum sanguinem se habere nouerunt. Septétrionales verò populi, remoti à Solis ardoribus, & largo sanguine redundantes, sunt ad bella promptissimi. De temperatioribus. ergo plagis eligendi sunt milites, quibus & copia sanguinis suppetat ad vulnere, mortisq; contemptum. De agris verò, non vrbibus, tiro sit eligē-

dus: & quidem rusticana plebs armis dicitur aptior, quia sub duro labore nutritur, Solis patiens, vmbrae negligens, balneorum nescia, deliciarum ignara, simplicis animi, paruo contēta, duratis ad omniū malorum tolerantiam membris. Interdum tamen necessitas egit vrbanos ad arma compelli. De ætate verò tironum eligēdorum, & quidem secundum antiquam consuetudinem, incipientem pubescere, ad tirocinium eligendum nullus ignorat. Velocitas enim est, quæ perfecto exercitio extremum efficit bellatorem. Et vultu quoq; & ex oculis, & omni cōformatione membrorum tironum est habenda conspectio. Non tantū enim in hominib, sed in equis, & canibus, virtus multis declaratur indicijs, sicut doctissimorum hominum disciplina comprehendit. Est ergo adolescens Martio operi deputāndus, vigilantibus oculis, erecta ceruice, lato pectore, humeris masculosis, valentibus digitis, longioribus brachiis, ventre modicus, furis exilior, & cruribus superflua carne distantibus, sed neruorū duritiā collectis. Cū hæc in tirone signa deprehenderis, proceritatem magno opere non desideres. Cuius insuper artibus tirones sint eligendi, vel repudian-

diandi, & quidem pifcatores, aucupes, dulciarios, linciones: omnesque qui aliquid ad muliebria tractasse videbuntur, longè arbitror pellendos à castris. Fabros autem ferrarios, carpentarios, macellarios, & ceruorum, aprorumque; venatores conuenit sociare militie: & hoc est in quo tota falus Reipub. confistit: vt tirones non tantum corporibus, verum etiam animis prestantissimi deligantur: Sic & Iuuentus, cui defenfio prouintiarum, cuique bellorum committenda fortuna, & genere (si copia fuppetat) & moribus debet excellere. Honeftas enim idoneum militem reddit: verecundia dum prohibet fugere, facit esse victorem. Hec in. i. li. Flauij Vegetij de re militari. c. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. describuntur. Ioan. de Platea qui ea refert in. l. si. C. qui milita. pos. vel no. li. 12. elegans lex Regia. 2. quae Vegetium citat, tit. 21. 2. Parti. quae omnino videnda est. Ex quibus omnibus aliqua colliguntur in militibus necessaria, ac militiae congruentia.

43 ¶ I D, scilicet, primum inquirendum, de qua natione, cuiusque regionis miles est. Interest enim tam in materia belli, quam in reliquis, nationem scire. Inuentum enim est, quosdam seruos bonos

esse, quod nationis sunt non infamatae: quosdam vero malos videri, quod ea natione sunt, quae magis infamis est. l. quod si nolit. §. qui mancipia vendunt. vers. plerumque; enim. ff. de edili. edic. l. quisquis. §. filij. ad. l. Iuliam maieftat. Ex pessimo enim genere nec catulum habendum: atque ita proclamasse milites apud Aquileiam, dum Iulium Maximinum interficerent, author est Sextus Aurelius Victor, in eo Caesare ad quae glo. ordi. in. l. cum vnus. in verb. domum. ff. de ali. & ci. bar. lega. late & singulariter Bartol. Cepol. in tracta. de impera. milit. deligen. vers. propter nationem. 12. vol. Tracta.

44 ¶ S E C V N D V M, vt milites vulnera ac mortem contemnant, quod fortitudo dicitur. l. fortissimis militibus. C. de militari veste. l. fortissimi milites. C. de erogatione militaris annonae. quae fortitudo est virtus in milite, & sine qua non est in bono perseverantia: quae omnia moderatur, & qua omnia robur firmitatemque recipiunt: quae medium tenet inter timores & audacias. Tullius. i. Rhetorica. Fortitudo, est conceptio considerata periculorum, laborumque; persequens: & lib. 4. Tusculanarum quaest. Fortitudo (inquit) est affectio animi

animi legi summè in perpetendis rebus obtemperans: vel, est conseruatio stabilis iudicij in eis rebus quae formidolosae videntur, subeundis vel repellendis: vel, est scientia rerum formidolosarum, contrariarumque; perferendarum, aut omnino negligendarum, conseruans earum rerum stabile iudicium. de qua videndus est late Plato, li. 21. quod inscribitur Laches, seu de Fortitudine. Fortitudinem enim in arduis ac grauibus locum habere legimus: quam virtutem, si miles habuerit, minas non timebit: imò nec mortem: cum viro forti turpis mors accidere non possit, cum fortitudo sui naturam superet. non inquam optanda sint pericula, vt fortem quis se ostendat: sed sufficit pericula si contingant, forti animo tollerare. Non sum (ait Seneca ad Lucilium) tam demens, vt aegrotare cupiam: tamen si aegrotandum fuerit, sufficit vt nihil effoeminatè faciam. Non enim pati tormenta optabile est, sed pati fortiter. Nec debet vlla rei nouitas fortia vertere pectora, cum non possit athleta magnos spiritus habere, donec suum viderit sanguinem, iuxta illud, Sanguis fusus humi vires accerso roborat igne: tunc enim proiectus, animum non proijcit, sed cum

45 magna spe ad pugnam descendit, eaque virtute mala fortuna vincitur, & bona ornatur, iuxta veteri Prouerbiu: Buen esfuerço verte mala ventura. l. Regia. i. tit. 22. 2. Parti. ibi. E palabra verdadera es de los Antiguos, que muchas vegadas vence el buen esfuerço la mal andança. De quo veteri Prouerbio meminit Cicero. 2. Tuscul. quaest. in haec verba, agens de Philosophia, quae pellit timores. Sed haec eius vis non idè potest apud omnes, tum valet multum, cum est idoneam complexa naturam. Fortes enim (inquit) non modò fortuna adiuuat, vt est in veteri Prouerbio, sed multò magis ratio, quae quibusdam quasi praecipis confirmat vim fortitudinis. Te natura excelsum quendam, videlicet, & altum, & humana despicientem genuit. Itaque facile in animo forti contra mortem habitafedit oratio. Hec ille.

46 ¶ O P O R T E T ergo milites esse fortissimos, nulla vi, nulloque; terrore à proposito recedentes, & considerare, vt dicit Valerius, tit. de Constantia, in principio. quod natura sic comparatum est, vt quisquis se aliquid ordine, ac recta mente complexum confidit: vel iam gestum si obtrectetur, acriter tueatur: vel nodum editum

editum, ſi interpelletur, ſine vlla cunctatione ad effectum perducat.

47 ¶ **V N D E** refert Saluſtius, bellum Catilinarium narrās, prope finem: Catilinam Romanum potentia ciuium obſeſſum, die ſui interitus, ſic milites ſuos obſe- craſſe. Nemo (inquit) niſi victor pro pace bellum mutauit: nam in fuga ſalutē ſperare, cum arma, quibus corpus tegitur, ab hoſte auerteris, ea vera demētia eſt. Semper in prælio his eſt maximum periculum, qui maximē timent. Audacia pro muro habetur. Cum vos conſidero milites: & cum facta veſtra extimo, magna me ſpes victoriæ tenet. Animus, ætas, virtus veſtra me hortantur. Præterea neceſſitudo, quæ etiam timidus fortes facit. Hæc ille. Quæ oratio omnino vidēda eſt ad exhortationes ducum, ſeu principum militiæ ad milites pugnaturus: eſt enim pulcherrima: & alia eiufdem Saluſtij de bello Iugurthino, fol. 84. dum agit de Mario, qui ſuos hortabatur, vt fortem animum gererent. Nam eiufdem nationis homines fortiores ſunt ad ſe mutuō auxiliandum, Hiſtorio- graphi profectō laudant, & ad cœlos vſq; tollūt eos qui fortes & conſtantes fuerunt in prælio.

Multa & terribilia Piſo Romanus contempſit, dum ſpecioſum mētis ſuæ flecti noluit rigorem. Valerius, li. 3. c. 8. de C. Piſone & M. Palicano.

48 ¶ **L A V D A T V R** pariter Iudas ille Machabæus, in Machab. 3. ibi. Et ſurrexit Iudas qui vocabatur Machabæus, & induit lorica, ſicut gigas, & ſuccinxit ſe arma ſua bellica in præliis, & protegebat caſtra gladio ſuo. Similis factus eſt leoni in operibus ſuis, & ſicut catulus leonis rugiens in venatione, & de præliis Iudæ narrabāt omnes gētes.

49 ¶ **D E** Catone Maiore refert etiam Vale. li. 3. titu. de Fortitudine. Felicior (inquit) progenie ſua ſuperior Cato, à quo Portiæ familiæ principia manarūt: qui cum ab hoſte in acie vehementi periculo peteretur, vagina gladius eius elapſus decidit: quem ſubiectum præliantium globo, atq; vndiq; hoſtilibus pedibus circumdatum, poſtq̄ abeſſe ſibi animaduertit, adeo conſtanti animo in ſuam poteſtatem redegit: vt illum non periculo oppreſſus rapere, ſed metu vacuus ſumere videretur. Quo ſpectaculo attoniti hoſtes, poſtero die ad eum ſupplices pacem petentes venerunt.

Iulius

50 ¶ **I V L I V S** quoq; Cæſar (vt idem allegato tit. de Fortitudine refert) cum in Galliis innumerable multitudi- ne, & feroci impetu Neruiorum inclinare aciem ſuā videret: timidius pugnantem militi ſcutum detraxit: eoq; tectus acerrimē præliari cepit. Quo factō fortitudinem & conſtantiam per totum exercitum diffudit: labentemq; belli fortunam diuino animi ardore reſtituit.

51 ¶ **I D E M** alio prælio Legionis, Marcie, aquiferum, ineunda fugæ gratia iam conuerſum, faucibus comprehenſum, in contrariam partem detraxit, dextramq; ad hoſtem tendēs: Quorſum tu (inquit) abis? illic ſunt cum quibus dimicamus: & manibus quidem vnū militem, adhortatione verō tam acri, omnium legionum trepidationem correxit, vinciq; paratas vincere docuit.

52 ¶ **D E** eodemq; Iulio Cæſare, Suetonius inquit: Inordinatam aciem ſolus ſæpe reſtituit, obſiſtens fugientibus, retinensq; ſingulos, & contortis faucibus conuertens in hoſtem: & quidem adeo plerūq; trepidos, vt aquifer moranti cuspide ſit commiſſus, alius in manu detinentis

reliquerit ſignum.

53 ¶ **F O R T I T V D O** enim licet in militibus ſit neceſſaria, vt ſuprà traditum eſt: maximē tamen in eorū ducibus. Pulchra lex Regia. 5. tit. 23. 2. Parti. qui duces eligendi ſunt: vel habita conſideratione generis, ſcientiæ in arte bellica, vel poteſtatis. 1. Regia. 4. eod. tit. 23. 2. Parti. eorumq; mandata ſeu præcepta ad vnguem obſeruanda: adeo quod eum, qui in bello rem à dūce prohibitam fecerit, aut eius mandata non ſeruauerit, etiam ſi res bene geſta ſit, capite puniendum diſponit lex. 3. 5. in bello. ff. de re milita.

54 ¶ **S V M M A** enī militiæ laus eſt, obedientiam Reipub. vtilitatibus exhibere: quicquid ſibi vtiliter imperatū fuerit, obtemperare. c. fi. 23. q. 1. (E ſobre todas las coſas deuen los Caualleros ſer bien mandados, ca maguer todas las otras coſas les ayudan à ſer vencedores del poder de Dios en ayuſo, eſta es aquella que lo acaba todo. Inquit ſignanda lex Regia. 22. in fi. tit. 21. Partit. 2. Nulla enim alia re videmus populū Romanum ſibi ſubegiſſe orbem terrarum, niſi armorum exercitio, diſciplina caſtrorum, vſuq; militiæ: vt hæc

C 2 & alia

& alia latius tradit Vegetius, de re militari. ca. 1. li. 1. & pulchra de obedientia congerit Hippol. in elegati repeti. l. de vno quoque. nu. 187. vers. tu etiam ad de. ff. de re iudi.

55 ¶ **EX** obediētia enim victoria sequitur. Vnde Quintilianus in Milite Mariano. Si verē existimemus imperiū Populi Romani, ad hanc diem militari disciplina stetit. Non enim nobis aut multitudo maior est, quam ceteris gentibus, aut vehemētia corpora, quam vel his ecce Cimbris: aut maiores opes, quam locupletissimis Regnis: aut mortis contemptus facilior, quam plerisque barbaris causam vitæ non habentibus. Principes nos facit seueritas institutorum, ordo militiæ, amor quidam laboris, & quotidiana exercitatione assidua belli meditatio. Itaque plura penè moribus, quam viribus vicimus, cum captivæ quoque sancte habebantur, & contumelia etiam hosti aberat.

56 ¶ **EXHORTATIONES** deniq; ducum seu principū militiæ, milites reddere fortiores, certum est, vt ex superioribus factis compertum est, & habetur 2. Machab. 13. c. Dans igitur potestatem omnium, Deo mundi

creatori: & hortatus suos vt fortiter dimicarent, & vsq; ad mortem pro legibus, templo, ciuitate, patria, & ciuibus staret: circa Modin exercitum constituit.

57 ¶ **QV**AE exhortationes multipliciter fiūt militibus. Primò, exhortado eos ne pertimescāt: iuxta illud Deuterono. 20. Appropinquante iam prælio, stabit Sacerdos ante aciem, & sic loquetur ad populum. Audi Israël. Vos hodie cōtra inimicos vestros pugnam cōmittitis: nō pertimescat cor vestrum, &c. & 2. Machab. c. vltimo. quod Machabæus armauit socios suos, non clypeis, & hastæ munitione, sed optimis sermonibus ac exhortationibus. & in eod. c. Exhortati itaq; Iudæ sermonib; optimis valde, statuerunt dimicare, & configere fortiter.

58 ¶ **DE** quo etiam Hieronymus ad Demetriadem. Equorum cursus, fauore perniciosus fit. Pugilū fortitudo, clamorib; incitatur: paratas ad prælium acies, strictosq; mucrones, sermo Imperatoris accendit.

59 ¶ **AD** quod illud Eutropij de gestis Ro. li. 6. in coniuratione Catilinæ, dum agit de bello illo ciuili execrādo ac lachrymabili pugna

pugnatum tamen est ingēti contentione. Cumq; diu vtrinq; dubia sorte cæderentur, atq; alia ex parte Pompeius inter hortandum diceret, Parcite ciuib; nec tamen facerēt: ex alia vero Cæsar hoc facere vrgeret dicēs, miles faciem feri. Tandem omnis Pompeij exercitus fugit: castra direpta sunt. Hæc ille.

60 ¶ **SECVNDO**, laudando milites de strenuitate. Tit. Liuius. 2. ab vrbe cond. Addebātur & laudes, quibus haud minus q̄ præmio gaudēt militum animi. Vnde laudibus etiā malitia interdum augetur. l. 1. §. sed vtrū. ff. de seruo corrup. c. sunt nōnulli. 68. distin. Vir quippe ad gloriam erudit; nullam animi partem tam mollem habebit, quam non meditatione & ratione corroboret, vt inquit Cicero. 2. de Tusculan. quæst.

61 ¶ **TER TIO**, hostium terrorem ac pauorem, militib; nūtiando. Iudic. 7. ibi. Et cum audieris quid loquātur, tunc confortabūtur manus tuæ, & securior ad hostiū castra descēdes. Nam subita bella conturbāt etiam milites fortissimos: & ante coguntur fugere, quam possint arma recipere. Dicit Hieronymus ad Augustinum, epist. Tres simul

62 ¶ **QVARTO**, mercedem laborum promittendo, iuxta illud. 2. Paralipo. 15. Confortamini, & non dissoluātur manus vestræ: erit enim merces operi vestro. & illud diuini eloquij, Matth. 5. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in coelis. Bonus text. in. §. si quis autem. vers. ne autem circa hoc labor sine mercede nostris fiat pedaneis. cum glo. elegantib; ibi. in authen. de iudici. colla. 6. Ei quippe labori oportet in eum bere, vbi effectus promittitur. Stulta verò cura est, quæ spem non habet. Nihil enim grauius, quam destitutæ spes torquent; dicit Quintilianus in Declama. 12. passi cadaueris. Facit. l. 1. c. de assessori. l. fi. cum ibi nota. C. de alu. & palud. Facit illud Hiero. ad ægrotū. A fortissimo milite semper in acie standū est: & quærenda occasio qua virtus enitescat excussa. Amatori enim præmiorū ornamenta sunt vulnera. Dum enim laboris pēsatur vtilitas, mens ad omnia roboretur, vt ait Policrates, li. 7. c. 15. Labor enim tam vtilis Reipub. præmia iusta ratione meretur. l. 1. c. de suarijs. li. 11. c. miramur. in fi. 61. dist. 1. nemo. in fi. C. de officio magistri officiorum. l. contra publicam. C. de re militari. li. 12.

63 ¶ QUINTO, exempla robustorum ac fortissimorum virorum eis proponendo: iuxta illud. 2. Machabæorum. c. 6. Hoc modo vita decessit Eleazarus, memoriam mortis suæ, ad exemplum virtutis, ac fortitudinis relinquens. Nec in ea re omittenda pulchra. l. Regia. 20. titu. 21. 2. Partit. ibi. (Acostú brauan los Caualleros, que les leyessen las historias de los grandes fechos de armas, que los otros fizieran: e los sefos e los esfuercos que ouieron, para saber los vencer, e acabar lo que querian. E esto era, porque oyendo las, les crescian las voluntades, e los coraçones: e esforçauan se, faziendo bien: e queriendo llegar a lo que los otros fizieran, o passaran por ellos.)

64 ¶ EXEMPLA enim maiorum sunt incitamenta & fomenta virtutis, Polocrates in Prologo. Sæpe namq; exemplis plus proficitur, quam præceptis: vt ait Polocrates li. 7. c. 9. & Gregorius primo Dialogorum: Sūt nonnulli, quos ad amorem patriæ coelestis plus exépla, quam prædicamenta succendunt. Ad quæ etiam illud Saluatoris nostri: Exemplum enim do vobis, vt quemadmodum ego feci, sic & vos faciatis.

65 ¶ ET vltra exhortationes, præmia quoque milites fortiores reddunt. Victoriæ enim, & honorem acquirit, qui dat præmia. Prouerb. 22. c. Quæ præmia conuenit dare militibus? Virtutum enim præmia conuenit dare merentibus. l. & virtutum. C. de statuis & imaginibus. & est text. elegans in. c. ius militare. 1. distin.

66 ¶ ARMA etiam milites fortiores reddunt. Aliàs enim fit, vt non de pugna, sed de fuga cogitent, qui in acie nudi exponuntur ad vulnera, vt inquit Vegetius de re militari, li. 1. ca. 20. Neque enim nudi contendere, neq; inermes inimicis nos exponere debemus. c. oportet. 3. q. 2. c. frequens. §. illum autem. de restit. spoliato. li. 6. Necessè autem est, vt dimicandi audaciam sumat, qui munito capite & pectore, non timet vulnus. vt per Vegetium dicto. c. 20. ad quod l. si seruus. §. sed si armorum. C. de his qui ad eccle. confugiunt. Vnde miles qui arma tota, vel maiora alienauit desertori exequatur. l. qui commeatus. §. 1. ff. de re militari. Nec etiam diuitiarum secura possessio, nisi armorum defensione seruetur, inquit Vegetius de re militari. li. 3. cap. 3.

Non

67 ¶ NON tamen in armis, neq; in militibus, neq; in bellorū ducebibus, totaliter confidendum: sed omnem spem, ad solam Dei prouidentiam referendam: vnde mundi elemēta processerūt, & a quo eorū dispositio in orbē terrarum producta est, disponit lex illa elegantissima. 1. in prin. C. de vete. iure enucl. In omnibus enim, & signanter in gestis armorum, Deum esse omnipotentem, suamq; omnipotētiam gentibus significare, lex Regia. 13. ante fin. tradit, tit. 21. 2. Part. Non enim in multitudine exercitus victoria belli, sed de celo fortitudo est. 1. Machab. c. 3. Et Exod. 17. Cumq; leuaret manus Moyses vincebat Israël. Et eod. Machab. 1. c. 11. Scidit Ionathas vestimenta sua, & posuit terram in capite suo, & orauit, & reuersus est ad eos in præliū, & conuertit illos in fugā, & pugnaverunt. In timore enim Domini fiducia fortitudinis. Prouerb. 14. c. Iudicio namq; Dei claruit sine hac religione arma non vincere, sed sine armis religionem vindicare, vt ait Egesip. de bello Iudaico, li. 5. Et qui timet hominem, cito corruet: qui verò sperat in Domino, subleuabitur. Prouerb. 29. c.

68 ¶ TERTIVM principale,

vt tales sint qui bellorum ærumnas ac labores sustinere valeāt: sub duro labore nutriti, duratiffique ad omnium malorum tolerantiam membris. Titus Liuius Decad. 4. li. 4. loquens de P. Manlio: Inter alia, inquit, ea vis animi, atq; ingenij fuit, vt parsimonia, & vigilijs, & labore cū vltimis militum certaret, nec quicquam in exercitu suo præcipui præter honorem atque Imperium haberet. fol. 117. & ideo de rusticana plebe deligendos, inquit Vegetius, cū hi vt grōsioribus cibis educati, iuxta glo. in l. seruis vrbani. ff. de legat. 3. Solis æstus, aliaque quæ delicati homines pati recusant, vt notum est, sine metu, ac citra salutis periculum perpeti possint.

69 ¶ DE quo Quintilianus in milite Mariano, loquens de labore & molestia militum, sic ait. Nemo nostrum recusat itineris laborem, nec inuisum super arma fascem, nec æstiu Solis ardorem, nec sub pellibus actam hyemem. Et si ferienda sit fatigato fossa, pro vallo, portisq; vigilandum, fortiter ancipites inibimus pugnās, vulnera laude pensabimus, mors erit ignominia potior. Quidquid in pugna patimur, virorum est.

C 4 Opor

70 ¶ **O P O R T E T** enim militem promptum esse ad omnes licitos honestosq; labores. l. Regia. 5. paulò post princip. ti. 23. 2. Parti. ibi. (En sufrir los trabajos y los peligros que della vienen.) & l. Regia. 10. incipit, Sufridores y feridores deue fer los Caualleros y los que guerrean. cod. tit. & Parti. Iuxta illud Senecæ ad Lucil. epist. 31. Generosos animos labor nutrit : nec est viri timere sudorem : molliciem esse fugere laboriosa. Ideoq; milites armorum quotidiano exercitio ad bella se præparare, numerisq; suis ac signis iugiter inhærere, Iura tradunt. l. milites. C. de re milita. li. 12. l. milites. C. locati.

71 ¶ **E O S**q; ita ad laborem propptos esse oportere, vt seruatorib; & iumentis, quorum opera ac adiutorio vti possint, carere debeant, & necessaria proprijs humeris portent, elegatissima illa l. Regia. 1. tit. 22. 2. Parti. cautum est. Quod Metellus Consul ille Romanus, in bello Iugurthino optimè seruauit. De quo Valerius Maximus li. 2. tit. de disciplina milita. Metellus (inquit) cum exercitum in Africam Iugurthino bello nimia Spurijs Albinij indulgentia corruptum Consul accepisset : omnibus Imperij

neruis ad reuocandam pristinae disciplinae militiae connexus est : nec singulas partes apprehedit, sed totam cõtinuò in statum suum redegit. Protinus naq; Lixas è castris summouit, cibumq; cõctum venalem proponi vetuit : in agmine neminem militum ministerio seruorum, iumentorumq; vt arma sua & alimenta ipsi ferrent, vt passus est. Hæc ille.

72 ¶ **Q V O D** optimè secuti sunt milites nostri Hispani gloriosissimi, ac reliqui qui anno Millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo quinto, maximo Rhodiorum beati Ioannis Magistro, ac eius militibus, cruce alba beati Ioannis signatis, in Insula Maltensi constitutis : quæ cum ab Infidelibus circumfederetur, auxilia tulere : arma ac alimenta pro victu aliquorum dierum proprijs humeris portantes : Turcas, Mahumetanosq; foedissimos, maximo cum dedecore ac ignominia vi armorum, Hispanorum audaciam assuetamq; virtutem bellicam eis innatam, ferre non valentes, in fugam conuersos, summo impetu ac armorum strenuitate : alios in mare proijcietes, alios verò occidentes, ab Insula expulerunt : Religiosissimosque milites, cum viro fortissimo eorum Magistro, ac reliquos eiusdem

dem Insulae protectioni assistentes, à manibus impiorum liberantes, cum summa gloria summaque laude opus memorabile, æternaq; gloria dignum confecerunt. Quam Insulam summa Regis nostri Christianissimi prouidentia, ac Regia sollicitudine ab Infidelibus eo anno liberatam, ac eo tam præclaro beneficio totam Christianam Rempub. Regi potentissimo non modo gratias agere, sed vt diuinum quoddam, intueri, bene precari, ac perpetuò inferuire teneri, eumq; hoc assecutum fuisse, notissimum est. De quib; militibus beati Ioannis ac eorum Magistro, videndus est Oldradus Cõsi. 128. quoniam ad inuestigationem. Fufius Chasseneus in Catalogo gloriae mundi. 9. par. 4. confid.

74 ¶ **Q V A R T V M**, inquit Vegetius, vt paruo cõtenti sint. Olim enim milites solis stipendijs contenti erant, vt satis colligitur ex l. milites. C. locati. ibi. Rempub. à qua aluntur, defendant. & in l. milites, qui à Rempub. armantur & aluntur. C. de re milita. iuncta l. stipendia. C. de executione rei iudicatae.

75 ¶ **Q V O D** & summa Dei prouidentia statuit, Lucae. 3. c. ibi. Interrogabant autem & milites

dicetes : Quid faciemus & nos ? Et ait illis. Neminem concutiatis, neq; calumniam faciatis : & contenti estote stipendijs vestris. Ad quod etiam text. Iustiniani, in .l. r. vers. cogitatio. ibi. Et ab omni abstinere acceptione pro illis, solis contentos eis, quæ à fisco ministrantur. & in .l. r. vers. oportet. ibi. sed contentum esse solis à fisco tibi ministratis : & tam per te, quam per eos, qui circa te sunt, purum eis vndiq; seruare ius. in authen. de mandatis Principum. colla. 3. & primum in authen. vt Iudices sine quoquo suffragio. colla. 2. iuncta ratione. l. aduocati. C. de aduocatis diuersorum iudiciorum.

76 ¶ **I D E O Q V E** neque milites, nec eorum tribuni debent Prouinciales dispēdijs onerare, aut nomine salgami, culcitræ, oleum, lignum, à suis extorquere hospitibus : Sub ea poena, vt milites contrarium facientes, liceat cuilibet de populo, eos, aut eorum ministros expellere, & propria authoritate resistere, amicis & vicinis in auxilium conuocatis, vt inuasores expellat : Duce seu Capitaneo qui eos misit, temporali exilio puniendo. Militibus enim transeuntibus solum permittitur hospitari in domibus, seu hospitium solummodo reci-

pere: non autem quicquam pro victu aut equorū pabulo, a Pro- uincialibus etiam ſponte offerē- tibus, non ſoluto precio ſeu va- lore. l. venaticorum aliās cen- titorum. C. de erogatione mili- taris annonæ, li. 12. & in. l. deuo- tum. vbi Ioan. de Platea. C. de meta. & epideme. eod. li. inquit. Curialitatem eſſe debere in eo, qui gratis hoſpitatur, vt nihil ab hoſpite vltra hoſpitalitatem petat. Nec ibi poſt pernoctatio- nem reſideat, niſi fortē hoſpita- retur in domo alicuius ſibi con- ſanguinei, vel amici: quo caſu gratis oblatum accipere poſſet. tunc enim abeſt ratio ſuſpicio- nis, & præſumptę conuulſionis. l. 1. vbi etiam Ioan. de Platea. C. de ſalgamo hoſpitib. nō præſt.

77 ¶ I D E M etiam tempore pa- cis, a militibus ſeruandum, vbi moſtras ſeu reſignas faciunt, vt vulgaria verba ſequar, hoc eſt, vbi a Regiis miniſtris in vnum conuocati, an armis, equis, ali- iſque militibus neceſſarijs orna- ti ſint, inſpiciuntur: vt ſcilicet non de bonis ruſticorum, nec a- liorum ſubditorum Regiæ Ma- ieſtatis alēdi ſint: nec etiam eos ad hoc in magna multitudine ad prædicta conuocandos, ne ſubditos grauent, ſtatutum eſt. l. ſi. & erit autem. C. de re milita-

vbi vidēdus eſt etiam Lucas de Pen. & tex. cum glo. in. l. illici- tos. §. ne tenuis. ff. de offi. Præſid.

78 ¶ S E D pro dolor vltra hoc quod ruſticorum facultatibus, pro libito vtūtur: eorum aliqui (non inquam omnes) ita ſunt inſolentes, vt cuilibet militi gre- gario, ſeu pedario, vel (vt mo- derno vocabulo vtar) ſoldato, vel, ſecundum Cæſarem, ſoldu- tio ſeu lanſcaneto Teuthonico, ſeu Tudefco: cum iniuriā Dei ac hominum, omnia licere ſibi videatur palām, & ſæuire in ho- mines, ſcleratiſſimaque ſcele- ratiſſimorum facinorum conui- tia maxima cum libidine exple- re, vt hæc & alia contra eos inuchens, tradit Ioan. Igneus in. l. 1. §. ſi conditioni. nu. 100. ff. ad Syllanianum.

79 ¶ V L T R A quem pulchra verba Aureliani Imperatoris, qui hos milites inſolentes ingēti ſeueritate correxit, hīc inferere viſum eſt: quorum author eſt Flavius Vopiſcus Syracuſius in Aureliani vita. Hic autem, vt ſuprà diximus, militibus ita ti- mori fuit, vt ſub eo poſteā quā ſemel cum ingēti ſeueritate ca- ſtrenſia peccata correxit, nemo peccauerit: ſolus deniq; omniū militem, qui adulteriū cum hoſ- pitis

pitis vxore commiferat, ita pu- niuit, vt duarū arborum capita inflecteret, quas ad pedes mili- tis deligaret, eaſdemq; ſubito di- mitteret, vt ſciſſus ille vtrinque penderet. Quæ res ingentem ti- morem omnibus fecit. Huius e- piſtola militaris eſt ad vicariū ſuum data huiusmodi. Si vis tri- bunus eſſe, immo ſi vis viuere, manus militum contine. Nemo pullum alienū rapiat, ouem ne- mo contingat. Vnam nullus au- ferat, ſegetem nemo deterat: o- leum, ſal, lignum nemo exigat: annona ſua cōtentus ſit. De præ- da hoſtis, nō de lachrymis pro- uincialium habeat: arma terfa ſint, ferramenta ſamiata, calci- amenta fortia. Veſtis noua, ve- ſtem veterem excludat. Stipen- dium in balteo, non in popina habeat. Torquem brachialem, & annulum apponat: equum ſa- ginarium ſuū defricet, captum animal non vendat, mulum cen- turiatum comiter curet. Alter alteri quaſi ſeruus obſequatur: a medicis gratis curentur. Aruſ- picibus nihil dent: in hoſpitij caſtē ſe agant. Qui litem fecerit, vapulet.

80 ¶ N E C prædictis oberit. l. ſi. §. erit autē. in verb. ditiffimos. C. de re mili. aliās in verb. dicati ſſimos. loquitur enī de diuitijs

morū, & totiſ probitatis, quib; milites ditiffimos eſſe oportet, authore illic Ioan. de Platea, nō de diuitijs bonorum temporali- um, cum nec aliquid acquirere poſſint: nec poſſeſſiones in ea- prouincia vbi bella geruntur, e- mere: ne ſtudio agriculturæ a militia reuocentur. l. milites. r. & .2. ff. de re milita. pariter in. l. milites. C. locati. Milites prohi- bentur eſſe alienarū rerum con- ductores, procuratores, aut fide- iuſſores. Facit. l. militem. C. de procura. ne omiſſo armorum v- ſu, ad opus rurale, forum, & cæ- tera negotia ſe conferat, qui ar- mis, non priuatis negotijs occu- pari debet: vt numeris & ſignis ſuis iugiter inhæretes, Rempub. a qua aluntur, omni bellorum neceſſitate defendant. Immo in dicta. l. militem dicitur: Militē nec pro patre vel matre aut vxo- re vel ex ſacro reſcripto nomine procuratorio experiri oportet: cum neq; deſenſionem alienam ſuſcipere, vel redimere negotia, vel quaſi ſuffragatorem accede- re, vtilitate publica permitta- tur: ſolum ei permittitur in ſim- plicitate militari viuere, quæ magis cupit arma quam leges & iura forenſia ſcire. l. ſi. C. de iu- re delibera.

81 ¶ V N D E refert Valerius li.

- 3, tit. de fiducia sui: Scipionem Africanum in contetione publica dixisse: quod cum totam Africam Romane ditioni subiecisset, non tamē aliud ex ea quod suum diceretur, præter cognomen tulisse.
- 82 ¶ **E. T.** Publius Scipio de se & Lucio Scipione, eius fratre, loquens: Non, inquit, me punice, non fratrem meum Asiaticæ gazæ auarum reddiderunt: sed vterq; nostram inuidia magis q̄ pecunia locupletior est. Quam Scipionis accusati constantem defensionem, Romanus vniuersus Senatus comprobauit, vt ibi refert idem Valerius.
- 83 ¶ **E. T.** lib. 4. titu. de paupertate. de Valerio Publicola, post Tarquinū eiectum, primo Consule, dicit, quod post tres Consulatus acceptissimè peractos, tantæ paupertatis fuit, quod patrimoniu eius ad expensam exequiarum suarū defecit. Ex quo patet, quid viuus possedit, cui mortuo lectus funebris & rogos defuit. Fabricius quoq; pluries Consul & Imperator Romanus, vt idem refert, filias proprias paupertate dotare nequit. Cuius tamen ac Scipionis filias ab indotatis nuptijs Senatus sua liberalitate vindicauit: quoniam
- paternæ hereditati, præter optimam gloriam, nihil esset quod acceptum referret. vt per Valerium ibidem.
- 84 ¶ **M. A. R. C. V. S.** etiam Curius contra Samnites bellum gerēs, legatis eorum se in scamno assidentem, & in catino ligneo cœnantem, spectandum præbuit. Cumq; magnum auri pondus ei post attulissent, risit dicens. Referte, & dicite Samnitibus, Marcum Curium malle locupletib9 imperare, quàm ipsum fieri locupletem. Et mementote me nō acie vinci, nec pecunia posse corumpi. auctore eodē Valerio, li. 4. ca. 3. de Marco Curio.
- 85 ¶ **I. V. L. I. V. M.** tamē Cæsarem iactare solitum, milites suos etiam vnguentatos, bene pugnare posse: eosq; tam cultos, vt argento & auro politis armis ornaret, simul & ad speciē, & quō tenaciores corū in prælio essent metu damni. author est Suetonius in eod. Cæsare. nu. 67. de quo etiam videnda est l. Regia. 22. titu. 21. vers. otrosi deuen. 2. Partita.
- 86 ¶ **H. I. S.** etiam scilicet vt milites paruo contēti esse debeant, adiungitur, quod eis in expeditione de gētibus traditur ad alimenta

menta, panis buccellatus per biduum, id est, panis bis coctus; qui siccitate sui grossos humores attrahit & bibit, eosq; cōsumit. Quò fit, vt milites sint ad pugnandum agiliores, & à multis infirmitatibus præseruati. Vel dicitur panis buccellat9, id est, azimus & subcinericius, sola aqua & farina sine fermento compactus, & sub cinere coct9: qui ideo buccellat9 dicitur, quia facile per buccellos seu morsellos, ac parua & minima frustra, sine gladio diuiditur: tertia vero die panis integer, non bis coctus eis ministratur.

¶ **S. I. M. I. L. I. T. E. R.**, vna die datur eis vinum, & altera acetum: & hoc triplici ratione.

¶ **P. R. I. M. O.**, ne Respub. plus grauetur, si totum vinum esset quod eis ad potum mitteretur.

87 ¶ **S. E. C. V. N. D. O.**, vt consuetum sit eis mala sustinere. iuxta l. 1. §. miles autem. ff. de militari testam. iuxta illud: Nihil valet in bello qui delitiosè viuit: Nec sine duritia bellica palma datur. elegans l. Regia. 1. tit. 21. Part. 2. Nescio enim quis minus mortem timet, quàm qui minus deliciarū nouit in vita. inquit Vegetius de re milit. ca. 3. in fi. li. 1.

And. de Iser. in ca. 1. circa prin. in tit. de pace iuramen. firm.

¶ **T. E. R. T. I. O.**, ne vino inebrientur, in quo est luxuria, & mētis alienatio. c. etsi Christus. extra. de iure iuran. & c. à crapula. de vi. & honest. cleri. Præterea acetum neruos indurat, & milites fortiores reddit, ac etiā pedes, ne bellādo, vel aliās ponere militiæ facile debilitentur.

¶ **D. A. T. V. R.** etiam ad alimenta eisdem vna die lardum, & caro veruecina, id est, arietis, quæ ad alimenta duorum dierum eis sufficiat. Quæ quidem caro veruecina est bene digestiua & nutritiua, bonum sanguinem generans: maximè si veruex sit iuuenis & castratus, ac tenellus, secundum Phisicos. Et dicitur veruex, à veho, & vermīs, quia vermem gerit in capite, secundum Græcos. Etiam veruica idē est quod ouis. vt hæc omnia habentur per glo. Barto. & Ioan. de Platea, in l. 1. C. de erogatione militaris annonæ. li. 12.

88 ¶ **V. N. D. E.** eiusmodi leui victu alimentandi sunt, ne inquietudine ciborum delicatè præparātorum, à militia diuertantur, aut crapula & ebrietate hebetentur. dicto ca. à crapula. de vi. & honest.

nesta. cle. Maxima enim inquietudo & vexatio ac turbatio intellectus est, diu de epulis cogitare. l. i. C. de comitibus & tribunis scholarium. li. 12. cū glo. in verb. epulis. Ad idem tendit l. cūm societas. ff. pro socio.

89 **¶ QVIBVS** addendum est quod secundum aliam expositionem, veruex à viribus dictus est: quia cæteris ouibus sit fortior: vel quod sit vir, id est, masculus: vel quod vermem in capite habeat, cuius pruritu excitati arietes, inuicem se concutunt, & pugnantes magno feriuntur impetu. Lucas de Pen. post Isidor. in dicta. l. i. ad quod. l. i. §. cūm arietes. ff. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.

Eiusdem Capituli secunda pars.

S V M M A R I V M.

90 **R**EGIA lex pulchrè consideratur.
91 Hannibalem, vina & fomenta Campaniæ vicerunt, quem arma Romanorum non superarunt. ex Valerio.
92 Milites statura procera esse debent.
93 Et etiam veloces decet, vt sint, quales in hac re sunt Hispani.
94 Scipio propterea laudatur.
95 Et Hispani quoque extolluntur.
96 Salus Reipub. est, vt milites animi præstantissimi deligantur.
97 Et fide debent esse illustres.

98 Celtiberi (qui Nauarri sunt) laudantur.
99 Pontius, & Caius, & Meuius Centuriones commendantur. ex Valerio.
100 Constantiæ propositum est sequutus C. Meuius.
101 Graue est fidem fallere.
102 Fide, & integritate milites ornatos esse decet, vbi Regia Constitutio eleganter adducitur.
103 Spe, ac perseverantia milites ornari conuenit.
104 Romani commendantur.
105 Valerij de Cimbris sententia perpenditur.
106 Vtriusque Spartiani laus.
107 Similis Aeneæ commendatio.
108 Iulij Cæsaris, apud Auaricum, factum.
109 Milites charitatem habere debent.
110 Socij passionum, sicut & consolationum esse debent.
111 Votū captandæ. mortis, iure improbat.
112 Milites amicitia debent coniungi.
113 Exemplum Aemilij Lepidi traditur.
114 Sexti Liuij Salinatoris consilium.
115 Lex Regia doctè expenditur.
116 Verecundia debent milites decorari.
117 Pompeij Magni exemplum.
118 Caij Cæsaris de hac re commendatio.
119 Eiusdem, ex Suetonio.
120 Verecundiæ non conuenit, quicquam non iure facere.
121 Milites fugam fugiant, quia ignominiosum est.
122 Neque Pagani debent fugere, sed defendere seipfos.
123 Genere, ac morum honestate, debent milites esse clari.
124 Quia tales, bellorum laborum sunt patientissimi.
125 Et si nobiles non sint, saltem honesti.
126 Milites castitatem amabunt.
127 Luxuria vires eneruat.
128 Marci Claudij Marcelli, gloriosum factum.
129 Philippi Regis nostri Clementissimi apud S. Quintinum misericordia laudatur.
130 Qui in omnibus Regnis, ditioni suæ amplissimæ subditis, ingentem peditum ac equitum militum copiam habet.
131 Prouinciæ militibus debent custodiri.
132 Atque ita in procinctu sunt constituendi, vt

vt quoties necessum sit, vocati veniant.
133 Officium Tribunorum recusetur. & nu. 134.
135 Milites honesti, & studiosi, venerandi.
136 Aemilij Pauli enarratio.
137 Vfus militum in Repub. necessarius. ex Aristotele.
138 Quibus armis vti debent Principes, dicendum proponitur. & nu. 139.
140 L. si usufructus. §. sed si inter duos. cum l. acquisitum. ff. de usufructu, pulchrè declaratur.
141 De inuocatione brachij secularis eleganter differitur. & nu. 142.
143 Gladio temporali, vtendum non nisi premissio prius spirituali.
144 Elegans limitatio huius sententiæ, & altera traditur, nu. 145.
146 Ecclesiastico iniuste inuocanti brachiumulare, à seculari Iudice non est concedendum.
147 Sed si extra iudiciū petitur, nisi notoriè de iniustitia constet, non est denegandū.
148 Iudicialiter si petatur auxilium hoc à seculari, examinanda est de nouo iusta causa petendi.
149 Quod in causa hæresis limitatur.
150 Secundò limitatur in criminibus merè ecclesiasticis.
151 Horum omnium elegans resolutio traditur, & nu. seq.
153 Iasonis doctrina de hac re consideratur.
154 Vbi crimina sint mixta, quid faciendū doctissimè dicitur, & nu. 155. & 156. & seq.
158 Delegatus non potest inuocare auxiliumulare, nisi ei specialiter comitatur.
159 Innocentij, & aliorum contraria opinio recensetur.
160 Quam tacitè sequitur auctor, & limitatur duobus modis, & nu. 161.
163 Solus Princeps potest dare facultatē deferendi arma.
163 Immo & clericos ea deferentes pecuniariè punire possunt apud Gallos, ex Pontificio priuilegio, & nu. seq. ostenditur Hispanis nobis comune hoc esse, quod ad armorum amissionem, etiam si non in multa pecuniaria, nu. 165.
166 Auctoris noua de hac re sententia, & nu. seq. & 168.
169 Episcopi Segouienfis, Didaci Couarru-

uias animaduersio taxatur, & nu. 170. & nu. 171.
172 Declarantur Auth. statuimus. & c. si diligenti. de foro competent. & nu. 173.
174 Ex aliquorum sententia clerici in minoribus, portantes arma perdunt priuilegium clericale.
175 Clericus deferens arma militaria tertio monitus à suo Prælato, ne ea deferat: perdit priuilegium ordinis.
176 Prohibitio armorum ab statuto laicali, comprehendit clericos.
177 Quæ omnia in deferentibus etiam arma defensiva verificanda sunt.
178 Contrarium docetur ex Iasone.
179 Sed priorem sententiam amplectitur Regia lex Ordina. quæ pulchrè ab Authore amplificatur.
180 Statutum intelligendum secundum communem usum loquendi.
181 Bart. doctrina declaratur, & lex Regia. nu. seq. & nu. 182. & seq.
184 Sententia Authoris exponitur.
185 De portantibus cultellum ad scindendum panem, elegantissima traduntur. & nu. seq.
187 Causa venationis, aut itineris permittitur arma deferre.
188 Familiares Inquisitorum statuto seculari de delatione armorum, non comprehendit, ostenditur.
189 Ministris Iudicum secularium non interdicitur armorum usus.
190 Nemini etiam potentissimi, (nisi Algazelo maiori) licet, ad locum vbi sedent Iudices, arma deferre, Porterijs quoque id quod Algazelo permissum est, numer. seq.
192 Regni Nauarræ circa ministros Algazeli maioris consuetudo laudatur.
193 Statutum de non deferendis armis, debet intelligi si cum eis reperiatur, aliis non. Quod nu. 194. declaratur, & nu. 195.
196 Pragmaticæ Regni de hac re elegantissime adducuntur, & nu. 197. & 198. & 199. cuius executio Iudicibus inferioribus à quibus appellatur, remittenda est. & nu. seq.
201 Quæ in re, noua Pragmatica Madritij subtiliter pensatur, à qua Pintiana epistola hodie immutata est.

- 202 Iure regio siccam, vel pugnionem nemo deferre potest, nisi ense accinctus sit.
 203 Doctrina ad præmissorū intelligentiam datur.
 204 Remissiones doctrina plenè de armorū prohibitionē, & delatione dantur ab Authore.
 205 Armorum tractandorum meditatio. ex Valerio.
 206 Eorumq; inuentorum. ex Plinio.
 207 In armis neq; equis non potest executio fieri, etiam in debito fiscali.
 208 Sed in equo hoc Iure Regio corrigitur.
 209 Quod pulchrè declaratur.

200 **IN** QVIBVS omnibus, milites oportere paruis esse contentos ac sobrios, satis liquet. Ad quæ omnia videntur hodie elegans. lex. Regia. 19. tit. 21. 2. Partita: aliàs exercitus Ruinæ subiaceret.

201 **SIC** enim Hannibalem Pœnum, quem ferrum Romanorū superare nequiuit, vina & fomēta Campaniæ vicerunt. authore Valerio Maximo. lib. 9. cap. 1. Ac Campana, inquit, luxuria, perquam utilis ciuitati nostræ fuit. Inuictum enim armis Hannibalem illecebris suis complexa, vincendum Romano militi tribuit. Illa vigilantissimum ducem, illa exercitum acerrimū dapibus largis, abundantī vino, vnguentorum fragrantia, verieris vsu lasciuiore ad somnum, & delicias euocauit: ac tū demum

fracta & contusā Punica feritas est, cūm Seplasia ei & Albana castra esse cœperūt. Quid ergo his vitijs foedius? quid etiā damnosius? quibus virtus atteritur, victoria languescūt, sopita gloria in infamiā conuertitur, animiq; pariter, & corporis vires expugnantur: adeò vt nescias ab hostibus ne, an ab illis capi perniciosius habendum sit.

202 **QVINTVM**, quod etiā in militibus exquirēdum Vegetius ait, vt sint statura procera, vt de Domitiano inquit Suetonius: vel excelsa statura, vt idem inquit de Iulio Cæsare. Signis tamen de quibus hīc per Vegetium concurrentibus, proceritatem magnoperè non desiderandam idem ait: Licet enim fortitudo & virtus in lōgitudine multoties inueniatur: tam tamen etiam in latitudine. Et sic in paruis corporibus inueniri, cui dubiū? iuxta illud Catonis: Hominis exigui vires cōtemnere noli. atq; etiam quæ per Cynū, Bart. & reliquos traduntur. in. l. Imperium. in verb. latissimum. ff. de iurisdic. om. Iudi.

203 **SEXTVM**, vt veloces sint. l. 8. & l. 22. ad fi. tit. 21. 2. Par. atq; si opus fuerit, cūm ciuitas aliqua, oppidūmue præualidū, circum

circūfedeatur: milites veloces ac præstantes animo primi mœnia eius conscendant: vt sæpe visum est in Hispanis nostris fortissimis, gloria atq; honore præstantibus. Deforme sibi existimantibus, vt qui virtute ac gloria belli alios antecellunt, ab his virtute superentur.

204 **QVOD** de Scipione Aemiliano refert Valerius Maximus, li. 3. c. 20. Item Scipio Aemilianus, cūm in Hispania sub Lucullo duce militaret, atq; Intercatia præualidum oppidum circūfederetur, primus mœnia eius conscendit. Neq; erat in eo exercitu quisq; aut nobilitate, aut animi indole, aut futuris actis, cuius magis salutis consuli, & parci deberet: sed tunc clarissimus quisq; iuuenem, pro amplificanda & tuenda patria, plurimum laboris, ac periculi sustinebat, Deforme sibi existimans, quos dignitate præstaret, ab ijs virtute superari. I deoq; Aemilianus hanc militiam, alijs propter difficultatem vitantibus, sibi depoposcit.

205 **QVOD** & Hispanos in præsidijs in Italia, ac alibi commorantes, à suis ducibus semper posse re: vt primi qui congregiantur, illi sint, vt sæpe ab eorum duci-

bus audiui, ac vt rem notam relinquo.

206 **SEPTIMVM** ac vltimum, & in quo tota salus Reipublice consistit: vt nō tantum corporibus tirones, verū etiam animis præstantissimi deligantur: vt per Vegetium de re militari, li. 1. c. 7. Iuuetus enim, cui defensio prouinciarū, cui committenda bellorum fortuna: & genere, (si copia suppetat) & moribus excellere debet. Honestas enim idoneum militem reddit: verecundia dum prohibet fugere, facit esse victorem. vt per Vegetium, dicto. c. 7.

EX quo deducitur, eos fide, spe, charitate, verecundia, genere, morumq; honestate præstantes esse debere.

207 **FIDE**, inquit, nam, vt ait Policrates, li. 6. c. 5. duo sunt præcipua in milite, videlicet, electio, & sacramētum: vt, scilicet, foedus promissum teneant. Iurant enim milites pro Reipublica & Principe se mortem non euitaturos: iuxta notata per glo. elegantem. in. l. pen. ff. ex quibus causis maiores. & in. §. fi. in authent. de mandatis Principum. colla. 3. subiūgit Policrates. c. 7. proprium esse militis ordinatè

D tueri

tueri Eccleſiam: perſidiã impug-
nare: Sacerdotiũ venerari: pau-
perem defendere: iniuriam pla-
care: & ſi opus fuerit, animam
ponere pro Principe, & ſalute
Reipub.

98 ¶ **V N D E** Celtiberi nefas
eſſe ducebant prælio ſuper eſſe:
cũ is (ſcilicet eorum Prin-
ceps) occidiſſet, ſeu occubiſſet,
pro cuius ſalute ſpiritum deuo-
uerãt: author eſt Valerius Maxi-
mus, lib. 2. tit. de inſtitutis anti-
quis. c. 1. Laudandam, inquit, il-
lius populi animi præſtantiam,
quòd fidem amicitie conſtãter
præſtandam arbitrabantur.

99 ¶ **N E C** ab his diſcrepat, q̄ de
Pontio & Caio Meuio Centurio-
nibus Romanis, idem Valerius
ſcribit, li. 3. c. 8. An abigidebet, in-
quit, Pontius ab horũ exemplorũ
contextu? qui pro Cæſaris
partibus excubãſ Scipionis præ-
ſidio interceptus, cũ vno mo-
do ſalus ei daretur, ſi ſe futurum
Cn. Pompeij generi ipſius militẽ
affirmaſſet, ita reſpondere non
dubitauit: Tibi quidem Scipio
gratias ago: ſed mihi vti iſta cõ-
ditione vitæ non eſt opus: ſine vl-
lis imaginibus nobilẽ animum.

100 ¶ **E T** idem conſtantie propo-
ſitum ſecutus. C. Meuius Centu-
rio diui Auguſti, cũ Antonia-

no bello ſæpenumerò excellen-
tes pugnas edidiſſet, improuiſis
hoſtium inſidijs circumuentus,
& ad Antonium Alexandriam
perductus, interrogatuſq; , quid
nam de eo ſtatui deberet: Iugula-
ri me, inquit, iube: quia non ſalu-
tis beneficio, nec mortis ſuppli-
cio adduci poſſum, vt aut Cæſa-
ris miles deſinam, aut tuus eſſe
incipiam. Cæterum quòd conſtã-
tius vitam contempſit, eò faci-
lius impetrauit. Antonius enim
virtuti eius incolumitatem tri-
buit. Hæc ille.

101 ¶ **G R A V E** enim eſt, præſer-
tim graui viro, fidem fallere. l. 1.
iuncta glo. ff. de conſtituta pecu-
nia, quã ſummo ſtudio antiqui
milites etiam hoſtibus ſeruaue-
rũt, vt Fabricius, de quo Boëtius
li. 3. de conſolatione, vbi nunc in-
quit. Fidelis oſſa Fabricii. Et Mar-
cus Atilius Regulus, de quo ſæ-
pe meminit beatus Auguſtinus,
de Ciuitate Dei, li. 1. c. 15. & c. 24.
ac Iuriſcõſultus in l. poſtlimini-
i. §. captiuus. ff. de captiuis &
poſtlim. reuer. Quam fidẽ etiã
hoſti ſeruandam, inquit textus.
in. c. noli exiſtimare. 23. q. 1. Pul-
chrẽ Decius: ibi quoq; Hierony-
mus Cagnolus in l. ea eſt natura
cauillationis. ff. de regul. iuris.
Milites enim ſuper omnia fide
ac legalitate ornatos eſſe oportere, om-

re, omniumq; bonorum morum. 104 ¶ **E T** ita fuiſſe Romanos legi-
mus: vt in Oratione ad Cæſarem
ſenem. de Republica dicitur.
Itaq; , inquit, maiores noſtri, cũ
bellis aſperrimis præmerentur,
equis, viris, pecunia amiſſa, nun-
quã deſeſi ſunt armati de Im-
perio certare: non inopia erarij,
non vis hoſtium, nõ aduerſa res
ingentem eorum animum ſub-
egit, quin quæ virtute ceperant,
ſimul cum anima retinerent.

103 ¶ **S P E** etiam, ac perfeuerantia
ornatos eos eſſe conuenit, vtq;
eis dici poſſit: Spes vos pulcher-
rima foueat. iuxta tex. in §. ſi. in-
fra. eodem. & quòd, ſi bene certa-
uerint, coronabuntur. l. 1. C. de
athletis. l. 10. & ſpem pro re oſtẽ-
dẽdam: & Sæpe vana pro veris,
maximẽ in bello, valuiſſe: & cre-
dentem ſe aliquid auxiliij habe-
re, perinde atq; haberet, ipſa fi-
dutiã & ſperando atq; audendo
ſeruatuſ, ſcribit Titus Liuius De-
cad. 4. li. 4. fol. 113. & nuſquam in
bello, niſi in virtute, ſpem eſſe: &
quòd pulcherrimum. idem tutiſ-
ſimum eſt, in virtute ſpem poſi-
tam habere: is author eſt. ibidẽ.
fol. 114. Ad quæ ſignanda verba
Saluſt. in bello Iugurthino, circa
finem. fol. 84. de ſpe non in pedi-
bus nec in fuga ponenda, in ea
Oratione Syllæ ad ſuos, dum in-
ter alia inquit, Neq; quenq; dece-
re qui manus armauerit, ab in-
ermibus pedibus auxiliium pe-
tere.

106 ¶ **NOBILITER** etiã vterq;
D 2 Spar-

Spartianus, & qui increpitus, à quodam, quòd in aciem claudus descenderet: Pugnare, non fugere, propositum sibi esse respòdit: & qui referente quodam, sagittis Persarum solem obscurari solere: Bene narras, inquit, in umbra enim melius præliabimur.

¶ VIR eiusdem vr̄bis, Atq; animi hospiti suo patriæ muros excelsos, latoq; ostendenti, dixit: Si mulieribus istos comparastis, rectè: si viris, turpiter, authore Valerio. ibi.

107 ¶ A prædictis nõ aberrat, quod legitur de Aenea, li. 1. Aenèi. vbi ad suos milites ita inquit.

*Renocate animos, moestumq; timorè
Mittite, forsan hæc olim meminisse iuuabit.*

Per varios casus, per tot discrimina rerum

*Tendimus in Latium: sedes vbi fata
quietas*

*Ostendunt: illic fas regna resurgere
Troia.*

Durat, & vosmet rebus seruate secundis. Et sequitur.

*Spem vultu simulat, premit altum
corde dolorem.*

108 ¶ HIS accedit quod Cæsar in suis Commentarijs de bello Gallico li. 7. scribit. Qui cum in Gallia Celtica bellum gerens, Auaricum oppidum Biturigum, tunc

fortissimū, obsedisset: & victualia suis militibus iam dudum defecissent, ac fame perirent: forti animo, spe vincendi, donec castrum deleuerunt, obnixè perseuerare non destiterunt. Summa, inquit, cum difficultatè rei frumentariè affecto exercitu, tenuitate Boiorum, (idest Borboniorum) indiligentia Heduorum, incendijs ædificiorum, vsq; eò vt complures dies milites frumēto caruerint, & pecore ex longinquiore vicis adactò extremā famem sustentarent: nulla tamē vox est ab his audita populi Romani maieftate & superioribus victorijs indigna. Quinetiā Cæsar cum inopem singulas legiones appellaret, etsi acerbis inopiam ferrent, se dimissurum oppugnationem diceret: vniuersi ab eo, ne id faceret, petebant sic se complures annos illo imperante meruisse, vt nullam ignominiam acciperent, nusquam infecta re discederēt: hoc se ignominia luros loco, si inceptam oppugnationem reliquissent: prestareq; omnes perferre acerbitates, quā non ciuibus Romanis qui Genabi perfidia Gallorum interissent, parentarēt. Hæc ille.

109 ¶ CHARITATEM etiam inter eos exquirendam, immò necessariam iudico: sunt enim inter

inter se fraterna charitate dilecti. l. nemo. §. qui frater non est, sed fraterna charitate diligitur. ff. de hæred. institu. & illic Paulus, & Imol. pulcher tex. in materia. in. l. cum allegas. ibi. etenim peregrinationis laborem sociatum commilitij eius, & obeundorum munerum cõsortium affectioni fraternæ non nihil addidisse: quinimò vice mutua chariores inuicem sibi eos reddidisse credendum est. C. de castrens. pecul. li. 12. de quo pulchrè Iason in. l. Titia. nu. 14. ff. de verb. obli. Idem Iason in. l. exigendi. nu. 4. C. de procuratoribus. Alexand. in. l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad legem Falcidiam.

110 ¶ SVNT enim socij passionum inter se, sicut & consolationum: iuxta illud Apostoli. 2. ad Corin. 1. Sicut socij passionum estis, sic eritis & consolationum: habentque suæ societatis emolumentum. Si enim vnus ceciderit, ab alio fulcietur. Ecclesiastes. 4. c. Vir enim amicabilem ad societatem, magis amicus erit, quā frater. Prouerb. 18. c. cum societas species fraternitatis dicatur. l. verum. ff. pro socio. Imò maiorem esse dilectionem inter milites, quā inter parentes, satis cõstat, cum pro parentibus, vt pro commilitone miles procurator esse nequeat. l. militem, cum ibi

nota. C. de procuratoribus.

111 ¶ IDEMQVE satis patet ex eo quod pactum de succedendo, eò quia votum captandæ mortis inducit, regulariter inualidū esse, statutum est. l. fi. C. de pact. c. 2. de concessione præben. extra. c. ne captandæ. cod. ti. li. 6. inter milites tamen robore firmitateque niti prouisum est decisione. l. licet inter priuatos. C. de pact.

¶ INTER milites enim mutue dilectionis exuberantia presumptionem captandæ mortis cessare facit: cum non sit verisimile vnū militem alteri insidiaturū, à quo succurri sperat. vt ibi.

112 ¶ OPORTETQVE milites, etsi inter eos aliquod odium priuatū inimicitia ve sit, ea omnia in bello obliuisci, ac summa amicitia coniunctos esse. vt inquit Valerius, li. 4. c. 2. Marcum Aemilium Lepidum, & Sextum Liuium Salinatorem cõmemorās.

113 ¶ MARCVS, inquit, Aemilius Lepidus, bis Consul & Pontifex Maximus, diutinas ac vehementes inimicitias cū Fulvio Flacco eiusdè amplitudinis viro gessit: quas vt simul Censores renūtiati sūt, in cāpo deposuit: ex istimās nõ oportere eos priuatis

odijs disfidere, qui publicè summa iuncti essent potestate: id iudiciū animi eius & præsens ætas cōprobauit, & nobis veteres animalium scriptores laudādum tradiderunt.

114 ¶ **S E X T I** quoq; Liuij Salinatoris finiendarum simultatum illustre consilium ignotum posteritati esse noluerunt: is namq; et si Neronis odio ardens in exiliū profectus fuerat, testimonio ei præcipuè afflictus: tamen postquam eum inde reuocatū ciues collegam illi (s. Neroni) in consulum dederunt, & ingenij sui, quod erat acerrimum, & iniurię, quā grauissimam acceperat, obliuisci sibi imperauit: ne si disfidente animo consortium imperij usurpari voluisset, pertinacē exhibendo inimicum, malū Consulem ageret: quæ quidem mentis ad tranquilliorē habitum inclinatio, in aspero ac difficili temporum articulo plurimū salutis vrbi nostrę, atq; Italię attulit: quia pari virtutis impetu cōnixa, terribiles Punicas vires cōtuderunt. Hæc ille.

115 ¶ **N E C** omittēda in proposito singularis. l. regia. 28. ti. 9. 2. Par. ibi. E poren de aquellos que en la Corte estan, deuen ser de vn acuerdo, è de vna voluntad, con el Rey, para consejar le siempre, q̄

alsi mismos, q̄ no yerre, ni faga contra derecho. Ad quod illud Pauli ad Ephe. 4. Soliciti seruire vnitate spiritus in vinculo pacis. Vnū corpus & vnus spiritus: sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. & illud Actū. 4. Multitudinis autem credētium erat cor vnū & anima vna. Quæ omnia Iudicib; Regijs, eorumq; vnitati, quam singularē, totoq; orbe celebrandam, toto tempore gesti muneris, in eo Regio Puntiano prætorio ac celeberrimo, expertus sum, summè cōueniūt: quod & in hoc Regio Gallatię auditorio, vbi sunt viri disertissimi, candidissimis pectoribus obseruari video.

116 ¶ **V E R E C U N D I A** etiam milites decoratos esse oportere, dixi: digna cui perinde ac coelesti numini templa extruantur, aræq; consecrentur: quia parēs est omnibus honesti cōsilij tutela solēniū officiorum, magistra innocētię, chara proximis, accepta alienis, omni loco omni tempore fauorabile præ se ferēs vultum. auctore Valerio Maxi. li. 4. c. 5.

¶ **Q V A M** clarissimis illis Ducibus, virisque militaribus amplissimis, Pōpeio, ac Cæsari, non defuisse, auctor est idem Valerius ibi.

117 ¶ **P O M P E I V S**, inquit, Magnus Pharsalica acie victus à Cæsa-

à Cæsare, cum postero die Larifam intraret, oppidiq; illius vniversus populus obuiam ei processisset. Ite, inquit, & istud officium præstare victori. Dicerem non dignus qui vinceretur, nisi à Cæsare esset superatus: certè modestus in calamitate. Nam quia dignitate sua vti iam non poterat, vsus est verecundia.

118 ¶ **Q V A M** præcipuam in Caio quoq; Cæsare fuisse sæpe numero apparuit, & vltimus eius significauit dies: compluribus enim parricidarum violatus mucronibus, inter ipsum illud tempus, quo diuinus spiritus mortali secernebatur à corpore, ne tribus quidē & viginti vulneribus, quin verecundię obsequeretur, absterri potuit: siquidē vtraq; togam manu demisit, vt inferior pars corporis tecta collaberetur. In hunc modum non homines expirant, sed dii immortales sedes suas repetunt. Hæc ille.

119 ¶ **Q V O D** vltimum & Suetonius in Caio Iulio Cæsare scribit. Vtq; animaduertit vndiq; se strictis pugionibus peti, toga caput obuoluit: simul sinistra manu sinum ad ima crura deduxit, quo honestius caderet etiam inferiore corporis parte velata. atq; ita tribus & viginti plagis cōfossus

est, vno modo ad primum ictū gemitu sine voce edito.

120 ¶ **N E C** verecundię conuenit quicq; non iure facere elegans. l. creditores. ff. ad legē Iuliam. de ui priuata. similis in. l. extat. ff. quod metus causa: eaq; militem fugere prohibet. vt inquit Vegetius d. c. 7. l. Regia. 2. ti. 21. 2. Par.

121 ¶ **M I L I T E S** enim vel reliqui, quos fugere verecundum sit: quamuis eo modo se defendere possint, fugere tamen non tenentur. Et quidquid fecerint ad sui defensionem, etiam si aggressi ab alio, eum occiderint se defendendo, non tenentur. Cynus in. l. 1. C. vnde vi. col. penul. vers. adhuc quæro. Barto. in. l. vt vim. in fi. ff. de iusti. & iur. Plenè Ioan. de Ana. in. c. Suscepimus. col. penul. extra. de homicidio. arg. l. in eadē. in fine. ff. ex quibus causis maiores. Et quia periculū vitę, & periculū famę, à pari procedere statutum est. l. an iusta. ff. de manumif. vindicta. honorēq; cæteris rebus præferendum prouisum est. l. Iulian. ff. si quis omifsa causa testamenti. De quo aliquid Iason, in. l. reprehendenda, 3. notabili. C. de institutionibus, ibi quoq; Decius latè scribit. Barbatia in Cōf. 54. col. 14. circa medium, in. 1. vol. & videndus Bar-

ba. in Cōfi. 47. col. 19. circa me-
di. & aliquid in eod. in Confi. 29.
col. 11. circa fi. in eod. vol. & latè
in Cōf. 27. 6. col. circa medium:
& idem Barba. in. l. is cui bonis.
col. 2. in fi. & in principio sequē-
tis. ff. de verb. obli. vbi pulchrè
de fama loquitur.

122 ¶ **I M M O** generaliter ac indi-
stinctè, saltem in laicis, non tene-
ricos fugæ se submittere. Bart.
Angel. & Salicet. tradunt in. l. 1.
C. vnde vi. Bald. in. l. vt vim. ff.
de iusti. & iur. & est crebrior in-
terpretum sententia, teste Alex.
Confi. 109. visis, & vt oportet, cō-
sideratis, col. 4. versic. quinimo.
vol. 1. Ias. in. l. vt vim. col. fi. vers.
extra glosam tãgit Bartolus ibi
quoq; Decius. col. penul. vers. vl-
ti. Bartolus tractat post Iasonē,
qui eam crebriorem interpretū
opinionem appellat: nisi in foro
consciētiae loquamur: vel in per-
sonis quibus reuerentia obedi-
entiaq; debetur. Eo enim casu, nul-
la videtur iniuria fugientibus, si
reuerentiæ intuitu fugam arri-
pian, vt illic Decius tradit.

123 ¶ **G E N E R E** etiam, (si copia
suppetat) ac morum honestate,
milites excellere debere, Vege-
tius ait. In facienda enim de eis,
præ alijs ceteris paribus, promo-
tione, si suppetant, vt Vegetius

inquit, nulli dubium. l. 2. §. de in-
de cum placuisset, vbi Hierony-
mus Cagnolus post Iacobum de
Arenis & Alberi. ff. de orig. iur.
§. interim. in authen. de defenso-
ribus ciuitatum, quæ nobilitas
ex genere tantò laudabilior est,
quantò antiquior. l. tam de men-
tis. C. de episcopali audientia. l.
si furiosi. ibi. qui ex genere corū
nobiliores sunt. C. de nuptijs. l.
nobiliores. C. de commercijs &
mercato. c. 1. §. si miles aduersus,
ibi. quod antiquitus ipse cum pa-
rentibus suis natione legitimus
miles existat. de pace tenenda, &
eius violatoribus. in vsibus feud.

124 ¶ **T A L E S** enim plurimū
laboris, ac periculi in bello susti-
nent: deforme sibi existimātes,
quos dignitate præstant, ab ijs
virtute superari: hijq; militiae la-
bores, alijs propter difficultatē
vitantibus, sibi deponunt: vt de
Scipione Aemiliano inquit Val-
erius li. 3. c. 2. nec quicquā tim-
ent, iuxta illud Vergil. De gene-
res animos timor arguit.

125 ¶ **A L I I** autem qui genere no-
biles non sunt, morum tamen ac
honestatis pluchritudine præcel-
lere debent, vt dictum est: eosq;
honestos castosq; esse decet, vt
Historiographi tradunt de Sci-
pione, de quo Eutropius de gestis
Roma

Roma. li. 3. c. de bello Punico. 2.
sic ait. Is Carthaginem Hispanie
cepit, in qua omne aurum & ar-
gētum, & belli apparatus Afri
habebant nobilissimosq; obsi-
des, quos ab Hispanis acceperāt,
Magonem etiam Hannibalis fra-
trem ibi capit, quem Romam cū
alijs mittit. Romæ ingens læti-
tia post hunc nuntium fuit. Sci-
pio Hispanorum obsides paren-
tibus reddidit. Deniq; dum quæ-
dam adulto flore virgo pulcher-
rima ab eo comprehensa fuisset
eam paterna pietate seruauit, cō-
cedens parentibus, vt eam redi-
merent, ad se etiam puellæ spon-
sum nobilissimi generis virū ve-
nire persuadens, ei ipsam quasi
pius in matrimoniū genitor tra-
didit, dotisq; nomine puellæ pre-
cium, quod a parentibus eius ac-
ceperat, condonauit. Pro quibus
factis maximè adnitente puellæ
sponso, eiusq; parētibus, omnes
ferè Hispani ad eum transierūt.

¶ **D E** quo etiam Valerius Ma-
ximus: Quartum & vigesimum
annum agens Scipio, cū in His-
pania Carthagine oppressa, ma-
ioris Carthaginis capiendæ sum-
psisset auspitia, multosq; obsides,
quos in ea vrbe Poeni clausos ha-
buerant, in suam potestatem re-
degisset, eximia inter eos formæ
virginē, ætatis adultæ, & iuuenis

& cœlebs, & victor, postq; cō-
perit illustri loco inter Celtibe-
ros natam, nobilissimoq; gentis
eius Indibili (cui ita nomē erat)
desponsatam, accersitis parētibus,
& sponso inuiolatam tradi-
dit: aurum quoq; quod pro redē-
ptione puellæ allatum erat, sum-
mæ dotis adiecit. Quæ continen-
tia, ac munificētia, Indibilis obli-
gatus, Celtiberorum animos Ro-
manis applicando, meritis eius
gratiam debitam retulit. Val-
erius inquam li. 4. c. 3. huiusq; viri
abstinentia testis est Hispania,
vt per eum ibi de. M. Catone.

126 ¶ **M I L I T E M** enim castū,
& castitatis amatorem esse oportet,
atq; inde militum stationes
castra dicuntur: quia ibi castra-
tur libido, secundum Papiam;
vel licentia vagandi, secundum
Hug. Castratur enim ibi volup-
tas, vel licentia inhabitantium,
ne passim vagari liceat, & hosti-
bus pateant. Ad quæ videndus
Lucas de Pen. in. l. sicut. in verb.
ad castra. C. de erogatione mili-
ta. anno. li. 12. idem in. l. 1. in ver-
bo castrorum. C. de castren. om-
nium palatin. pecul.

127 ¶ **I D E O** milites ibi castè vi-
uere decet, cū luxuria vires ener-
uet. Vnde meretrices ab exerci-
tu submouentur, quibus castra

militum intrare non licet. vt est tex. notabilis Deuterono. 23. ibi. Quando egressus fueris aduersus hostes: & de Abimelech Pa- lestinorum Rege legimus, qui vi- fa pulchritudine Rebecca iocā- tis cum Isaac viro suo, præcepit omni populo dicens, Qui tetige- rit hominis huius vxorem, mor- te moriatur. Gene. 26. c. Veteres etiam Romani milites castitatē mirum in modum dilexerunt: vt de Cornelio Scipione inquit Va- lerijs, li. 2. ti. de disciplina milita- ri: qui contra Numantinos Im- perator missus, eo momēto quo castra intrauit, duo mille scorta de ipsis expulit. Qua peste va- cufactus exercitus, qui paulo antè, metu mortis, deformi se- foederis icū maculauerat, ere- cta & recreata virtute, acrem il- lam, fortem, & animosam Nu- mantiam superauit, & incendijs exustam, ruinisq; prostratā Nu- mantiam, solo æquauit. Hanni- bal quoq; Carthaginēsum dux, vt Trogius refert, nūquam inter innumeras captiuas miræ pul- chritudinis puellas castitatē per- didit.

128 ¶ A C Marcum Claudium Mar- cellum Romanum Consulem, te- ste Augustino lib. 1. de Ciuitate Dei. c. 6. ante captam urbem Sy- racusanam, eius ruinam fleuisse: & priusquam ciuitas inuadere-

tur, edicto perpetuo constituif- se, ne quis corpus liberum viola- ret, legimus. Idemq; Totilam Gotorum Regē fecisse, cum Ro- mam vastaret: vt nulla ingenua mulier virgo, vel nupta, aut vi- dua foret, violaretur præcepisse, idq; seuerè custodisse, author est Antoninus in historiali, in secū- da parte, tit. 12. c. 5.

129 ¶ N E Comittamus Regem no- strum Christianissimum ac inui- ctissimum, qui suæ innatæ ac mi- ræ clementiæ memor, modernis temporibus, vrbe Sant Quintin dicta apud Gallos, ab eius Regiæ Maieftatis exercitu cum circun- sederetur: tandem capta, ita pa- terno affectu, ac summa beneuo- lentia vsus est, vt idem præcepif- se notum sit ac Hispanos, iussu Regis clementissimi, mulieres omnes, virgines, Religiosas, nu- ptas, viduas, ac reliquas in æde sacra seu templo Deo dedicato Ecclesiæ maioris illius vrbis re- clusisse: earumq; custodiæ die- bus aliquot affuisse: ac deinde iuf- su Regis à seuitia militum alia- rum nationum liberatas, eisdem Hispanis earum custodiæ desi- gnatis, ad sui Regni tutiora loca, nec ita bello oppressa, migrare iussæ sunt. Quod & à militibus Hispanis, fide sua multis experi- mentis fidelissima, ad vnguem obser-

obseruatū, easq; mulieres om- nes illæfas ac inuiolatas ad pro- pria migrasse, certū est: Regiæq; cura ac sollicitudine liberatas. Nec Principi potentissimo ar- duum aut difficile fuit inter di- strictos, quò minus mucrones, placidum iter reperire: cum hu- manitas vincat iram, prostrnat odium, hostilemq; sanguinē ho- stilibus lachrymis permisceat: vt de ea tradit Valerius lib. 5. c. 4. circa finem.

130 ¶ D E C I M A principalis cō- sideratio, qua armis decoratam Regiā Maieftatem Iustinian⁹ ait, est militia peditum, equitūq; qua in omnibus suis Regnis amplissimis, quæ longum esset enarrare, decorata est, & præser- tim in locis quæ inimicis sunt cō- finia, aliās limitanea, quæ oportet esse munita militibus, qui li- mitanei dicuntur: qui castra ac Ciuitates limitum defendant, quiq; castra, finesq; prouinciæ seruent: ne hostibus facultas de- tur ea loca, suæ Regiæ Maieftati subdita, deustandi, destruendi, seu inuadendi. Ac vnus cuiusq; Ducis, ac Tribuni eorundem mi- litū est, vt eos ad armorū vsū exercitationēq; teneat: nec eos diuagari concedat: vt vbi neces- sitas contigerit, possint inimicis resistere, ac eorundem Ducum

seu Tribunorum officium consi- stit: vt si vrbes aliquæ, seu castel- la per limites constituta, nimie magnitudinis esse constiterit, & propterea non posse bene custo- diri: ad eum modum ea construī disponant, vt paucorum custo- dia eis sufficiat. l. 2. §. in Sardinia. & §. pro limitaneis. & §. Interea verò. C. de officio præfe. prætor. Africae.

131 ¶ Q V O T autem milites pe- destres, siue equestres, per vnum quenque limitem ad custodien- das prouincias, vrbesq; mitti de- beant: per magistrum militū cō- siderandum ordinandumq;, ac Principi referendum: vt si suffi- cientem magistri militum ordi- nationem præuiderit, eam con- firmet: & si aliquid amplius fieri- dum prospexerit, eam augeat, statutum est in eadem. l. 2. §. quā- tos autem.

132 ¶ M I L I T E S q;, & armorum gentes, in locis proximis ponen- di sunt, vt facile possint euoca- ri, ac succurrere in omni casu oc- currenti, ac publicæ vtilitati ne- cessario: oportetq; eos milites Ducibus in eis locis existētibus, obtemperare: ne mora sit pericu- lum allatura, si expectaretur ma- gisteria potestas in longinquis partibus constituta. l. tam colla- tores

tores. ibi. vtpote militari præſidio in proximis locis cõſtituto, cõpetens poſſit mereri remediũ. C. de re milit. & illic Ioan. de Pla. Ad idem. l. vigefimo. vbi glo. Io. de Platea, & Lucas de Pen. C. de erogatione milita. anno. lib. 12. l. in nomine domini. verſ. ſic tamẽ

133 ¶ **O F F I C I V M** præterea tribunorum, vel eorum qui exercitui præſunt, vel vt vulgaria verba ſequar, Capitaneorũ eſt, milites in caſtris cõtinere, & ad exercitationem producere, claues portarum ſuſcipere, vigilias interdum circuire, frumentationibus commilitonum int:reſſe, frumentum probare, menſuræ fraudem coërcere: delicta, ſecũdũ ſuæ authoritatis modum caſtigare, principijs puta, cùm milites aſſumuntur, vel aliqua rixa inter eos naſcitur. vt glo. ibi exponit, frequenter intereſſe: querelas commilitonum audire, valetudinarios inſpicere. tex. eſt elegans in. l. officium Regentis. §. ſi. ff. de re militari. vel meli9 principijs intereſſe, id eſt, publicis tabernaculis aut tentorijs, in quibus militares magiſtratus iura militibus reddebãt, & vbi de rebus publicis caſtrorum duces cenſilio inito tractabãt, atq; ibi

aquilæ, ſigna; militaria cuſtodiebantur, vt latè proſequitur vltra alios vir doctiſſimus Didacus Couarruias à Leiuã, nũc Segouienſ. Episcop. li. 4. variarum reſolutio. c. 24.

134 ¶ **Q V O R V M** etiam officium eſt milites frequenter inquirere, & minari, vt ad bellum ſint ſemper parati. argu. tex. in. l. milites. quem ad hoc ita expendit ibi Ioan. de Platea. C. de re milit. militumq; moſtram ſeu requiſitionem facere, eoſq; requirere etiam tempore pacis, an eques, armaq; & alia militibus ſtipendiarijs neceſſaria, eis ſuppetant, author eſt Ioannes de Platea per tex. ibi in. l. tam collatores. §. erit autem. verſi. ita ſcilicet. C. de re milit. & ſi eis carere inueniãtur, eos punire. Ioan. de Platea per tex. in. l. ſi quis. coniuñcta glo. ſi. C. de domesticis & protectorijs. lib. 12.

135 ¶ **E T** vt his finis imponatur, milites morum honeſtate ac virtutibus ornatos, non ſolũ eis ſimiles, verũ etiam latrunculi venerabantur, ac vt diuinum aliquid eos viſere expetebant. auctore Valerio, lib. 2. tit. 5. vbi de Scipione Africano ſic ait.

¶ **A D** Africanum in Linternina

na villa ſe continentem, complures prædonũ duces videndum eodem tempore confluerant: quos cùm ad vim faciendam venire exiſtimaret, præſidium domeſticorum in tecto collocavit. Quod vt prædones animaduertent, dimiſiſ militibus, abiectiſq; armis, ianuæ appropinquant, & clara voce nuntiãt Scipioni, Non vitæ eius hoſtes, ſed virtutis admiratores veniſſe: cõſpectum, & congreſſum tanti viri, quaſi cœleſte aliquod beneficium expetentes. Hæc poſtq; domeſtici Scipioni retulere: fores referari, eoſq; intromitti iuſſit: qui poſtes ianuæ, velut aliquam religioſiſſimam aram, ſanctũq; templum venerati, cupidè Scipionis dexteram apprehenderunt, ac diu oſculati, poſiti ante veſtibulum donis, quæ deorum immortalium numini conſecrari ſolent, læti, quia Scipionem viſiſſe contigiffet, ad lares proprios redierunt. Quid hoc fructu maieſtatis excelſius? Quid etiam iucũdus? Hoſtis iram admiratione ſui placavit: ſpectaculo præſentiæ ſuæ latronum geſtientes oculos obſtupefecit. De lapſa cœlo ſydera hominibus ſi ſe offerãt, venerationis amplius non recipient.

136 ¶ **H O C** quidem viuo Scipio-

ni, illud autem. Aemilio Paulo exanimi contigit. Nam cùm exequiæ eius celebrarentur, ac forte tũc principes Macedonię, legationis nomine Romæ morarentur, funebri lecto ſpontè ſua ſe ſubiecerunt. Quod aliquantõ maius videbitur, ſi quis cognoſcat lecti illius frontem Macedonicis triumphis fuiſſe adorna tam. Quod ſpectaculum, funeri ſpeciem alterius triumphi adiecit. Bis enim te Paule, Macedonia, quam (ſupple) viceras, vrbi noſtræ (ſcilicet Romanæ) illuſtrem oſtendit: incolumem, ſpolijs ſuis: fato functum, humeris ſcilicet portãdo funus. Hæc ille.

137 ¶ **H O R V M Q V E** militũ in Repub. vſus eſt neceſſarius, cùm ſint vltima ex partibus ex qua Reſpub. cõſtat, teſte Ariſtoteli. li. 4. Politicorum. Ciuitas, inquit, non conſtat ex vna parte tantũ, ſed ex multis: quarum vna ſunt agricolæ, alia artifices manuales: alia qui negociantur circa forum, alia mercenarij. Vltima propugnatores & armigeri: quos in ciuitate neceſſarium eſt exiſtere, ſi non debeat inimicis ſeruire.

138 ¶ **H I S** applicanda eſt vndecima conſideratio, armorum ſcilicet quibus vtũtur Principes eorumq;

rumq; miniſtri, vt Iuſtitiam exequantur. Quam armis, manuq; militari exequi oportere, Iuſcō ſultus ait. in. l. qui reſtituere. in verb. manu militari. ff. de rei v̄dicatione.

139 ¶ **QVOD** in ſubſidium intellegendum, ſcilicet, ſi fortè potentia, contumaciãue, aduerſarij apparitores, miniſtriq; Iuſtitie nõ ſuppetant: nec aliã auxiliũ (Capitanei guerræ) vel magiſtri militum (vt docentium verba ſequar) inuocandum diſponit. l. 1. C. de officio militariũ iudi. gloſ. in verb. tráſfertur. & illic Barto. Bald. Angel. ac Alber. ff. de rei v̄dicatione. Speculator. in ti. de libelli conceptione. §. nunc dicendum. verſi. 24. pulchra lex Regia. 2. ti. 27. Parti. 3. ibi. (& ſi por auentura aquellos contra quien fueſſe dado el juyzio, fueſſen rebeldes, de manera que refertaffen la entrega, queriendo ſe amparar por fuerça: eſt once deuen los juzgadores ayuntar omes armados, y venir al lugar con ellos, y cumplir ſu juyzio poderofamente, de manera que la juſticia v̄ça) quæ iuxta præmiſſa interpretanda eſt.

140 ¶ **A C** in horum confirmationem eſt tex. & quod per eũ Bar. & Bald. aiunt, in. l. ſi vſus fructus

legatus. §. ſed ſi inter duos. iũcta. l. æquiſſimum. ibi. cur enim (inquit Iulianus) ad arma & rixam procedere patiatur prætor, quos poteſt iuriſdictione ſua componere. ff. de vſu fruc. Iudicis quippe officio conuenit, ne partes ad rixas, ad armaq; proſiliãt: ac ex eo, Bal. ibi deducit, vbi de poſſeſſione, vel de modo poſſidẽdi timetur cõtrouerſia inter aliquos, de eorumq; poſſeſſione ſit dubium probabile, præmiſſa ratione, ſcilicet, ne partes armis congregiantur: poſſe Iudicem rem de qua liſ eſt, in ſequeſtro ponere, iubereq; ſequeſtrationem eiꝝ poſſeſſionis, fructuumq; fieri.

Tenet Speculator in ti. de libelli conceptione. §. nunc dicendum. verſi. 22. idem in tit. de ſequeſtratione poſſeſſionis & fructuum. in princ. verſi. quid ſi inter duos. Guido Papæ decifio. 578. ſi agatur negatoria. Alexan. Conſil. 7. in conſultatione præmiſſa. col. 2. verſi. 2. probatur lib. 5. pulchrè Bald. in. l. ordinarij. 4. col. verſi. ſed hic quæro, duo aſſerũt ſe poſſidere. C. de rei v̄dicatione. Idem in. l. 1. 2. col. verſi. & alia eſt ſequeſtratio de re contentioſa. C. de prohibi. ſequeſtra. pecu. tex. elegans in. l. ſi. ff. de offi. procu. Cæſaris. Angel. Imol. Raphaël Cumanus, Alexand. & poſt eos Iaſon, in. l. quod iuſſit. vbi videndus eſt in inter-

interpretatione gloſ. primæ. nu. 17. ff. de re iudicata. Nec omittatur Innocentius, in. c. in præſentia. in tex. in verb. petebat. extra. de probatio. Fuſius Decius in. l. fin. col. 2. verſi. & hoc procedit. nu. 6. C. de edicto diui Adriani tollen.

141 ¶ **DVODECIMA** quoq; conſideratio hiſ accedit, armorum quibus Principes, eorumq; miniſtri ſeculares vtũtur, vt Regiæ poteſtatis vim eccleſiaſticis Iudicibus, ſi neceſſe eſt, impertiãtur: ex textu in. c. non fruſtra. in verb. arma militis. & in. c. princeps ſeculi. 23. q. 5. c. prodeſt. & c. adminiſtratores, ead. cau. & queſtio. quòd aliã inuocationẽ brachij ſecularis iura vocãt: de qua in. c. vt officium. §. deniq; ibi. ſi opus fuerit, inuocato officio brachij ſecularis. de hæret. lib. 6. & in. c. 1. §. & quoniam. ibi. inuocato ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſecularis. de ſtatu regu. co. lib. 6. Ad quæ etiam tex. & illic Bart. Bal. & Paul. Caſtr. in. l. ſi quis in hoc genus. C. de Episcop. & clericis.

142 ¶ **QVAE** conſideratio, iuraq; ſuprà tradita, limitãda ſunt. Primò, procedere in ſubſidium. Nõ enim gladio temporali vtẽdum, niſi cum Eccleſia non habeat vl-

tra quid faciat. diſponit tex. & illic Hoſtien. Anto. de Butrio, Felinus, ac Decius in. c. cum non ab homine. extra. de Iudicijs. Atq; ad id tex. in. c. 2. ibi. & Episcop. minime emendare potuerit, Regis iudicio ad requiſitionem Eccleſiæ exilio damnetur. de cleri. excom. de poſſito, vel interdico miniſtr. Scribit Oldra. Conſi. 89. cuius initium eſt. Episcop. inuocat. in vltima col. verſi. dic tamen. vbi etiam ad præmiſſa adducit tex. in. c. 2. ver. per temporalem. ibi. ſi neceſſe fuerit. extra. de maledicis. Bald. in. l. 2. poſt Iacobum Butriga. ex eo. tex. in verſi. ſi autem. C. de hiſ qui latrones, vel alijs criminibus reos occultauerit. Federicus de Senis, Conſi. 251. caſus talis eſt, Iacobus de Cremona. in ſi. Staphylæus de literis gratiæ. in Rubrica. de ſignatura literarum Iuſtitiæ. fol. 469. num. 5. verſi. vbi quis petit executiue procedi.

143 ¶ **GLADIO** enim temporalĩ non eſſe vtendum, niſi præmiſſo ſpiritali: ſtatutum eſt in. c. pen. extra. de hæreti. ac in. c. poſtulaſti. vbi Panor. 1. notabili, de homicidio. tex. in clem. 2. in verb. remedijs. de religioſis domibus: ac Alberico placet in. l. episcopale. col. 2. verſi. et dic quòd talis inuocatio. nu. 4. C. de episcopali audien.

audien. Angelôq; in. l. qui resti-
tuere. col. 2. nu. 5. vers. in ea glos.
nisi in subsidium. ff. de rei vendi.

144 ¶ QV AE limitatio interpre-
tanda est, nisi ageretur de defen-
denda, propulsandaq; propria
iniuria: tunc enim Iudicem Ec-
clesiasticum in primis vti gladio
temporali, vt magis opportuno,
ad iniuriam remouendam, De-
cius ait. in eo. c. cum non ab ho-
mine. 7. notab. ex text. in. c. dile-
cto. de sententia excômu. lib. 6.
Sed esse in electione Iudicis Ec-
clesiastici, vt eo casu spirituali
seu temporali gladio vti velit: te-
stis est Hostien. Archidiaconus,
& cum eis Ioannes Andr. ac Phi-
lippus Francus, in eo. c. dilecto.
Consuluit tamen Hostiêf. gladiû
spiritualem præmittendum, &
demum recurrendum ad tem-
poralem: quod & Philippus Frâ-
cus sequitur in eo. c. dilecto. 2.
notabili. textus ex textu in. c. po-
stulasti. de homicidio: à quibus
nec Cardinalis post Lauren. dif-
crepat in Clemen. 1. 10. q. in fine.
de offic. delegati. nec ego dif-
sentio.

145 ¶ S E C V N D O principaliter
limitanda est hæc. 12. conside-
ratio, vbi iustè peteretur inuoca-
tio brachij secularis: non enim
id impertiendum in iniustis, à

Iudice seculari, authore est Oldrà-
dus, allegato Consi. 89. col. 2. mo-
tus ratione tex. in. c. 1. ibi. non ad
præiudicandum, sed potius ad
ea quæ Deo sunt placita, obsequē-
dum. de offi. ordina. vbi idē tra-
ditur ab Innocen. Bal. ac Panor.
inferente ad quæstionem de Epi-
scopo volente visitare quendam
Prælatum inferiorem, asserentē
se exemptū, & ad summum Pon-
tificem appellantem: quem Epi-
scopus excômunicauit. Et quia
Prælatus inferior excommuni-
cationem paruipendit: Episco-
pus à Iudice seculari petijt, vt si-
bi familiam auxiliumq; præsta-
ret. Appellans verò contradice-
bat. Quærebatur quid Iudicem
secularem facere oporteat? & tã-
dem eum non teneri auxilium
suum impendere, cum id contra
rebelles, ac de facto Episcopo re-
sistentes, præstandum sit: secus
si via iuris ei resistent. In dubio
enim pro appellante præsumen-
dum esse, vt Sedi Apostolicæ ap-
pellatio deferatur. ait argu. c. di-
rectè. extra. de appellationibus.
quod & ante Panor. tenet Ioan.
Andræ. post Ioan. de Murlo. in
eo. c. 1. ac illic communem asse-
rit Panor. summè eam commen-
dans. col. 4. vers. & per hoc deci-
ditur latè Albericus in. l. episco-
pale. C. de episcopali audientia.
Non enim decet Episcopum cō-
tra

tra conscientiam auxilium bra-
chij secularis inuocare: nec Iu-
dex secularis, qui eam læsam ha-
bet, ei id impertiri tenebitur:
quia non sunt beneplacita Deo,
teste Bal. in eod. c. 1. col. 2. versic.
modo ego quæro. ex text. ibi. &
riota. in. l. 1. glo. fina. ibi. cum ha-
beat bonam conscientiam. C. de
bonorum possessio. secundum
tabulas.

146 ¶ E X quibus plura inferuntur:
atq; id primùm, nempe Iudicem
secularem extra iudicium requi-
situm de brachio seculari imper-
tiendo, non teneri nec debere
auxilium suum præstare, vbi ei
constiterit Ecclesiasticum id in-
iustè petere: cum ad bonum, nō
ad malum, eum iuuare debeat:
nec Iudex secularis sit inferior,
sed par Iudici Ecclesiastico.
Ideoq; si iniustè eius auxilium
petierit: non æquū esse, vt ei ob-
temperet, author est Panor. in
eo. c. 1. post Innocen. col. 4. vers.
sed postea Innocen. atq; ad id
tex. in cap. cum ad verum. 96.
distinctio.

147 ¶ E X hisq; deducitur, vbi bra-
chium alterius extra iudiciali-
ter inuocatur, non esse denegan-
dum, nisi euidèter constet id in-
iustè implorari. teste Alex. Con-
sil. 130. in causa strazarolorum

col. 2. in princ. versic. præterea
volumi. 4.

148 ¶ S E C V N D V M infertur,
Iudicem secularem etiam in iu-
dicio requisitum, non teneri nec
debere auxiliū suū Ecclesiasti-
co impendere, nisi discussa prius
iustitia causæ, nec stare eius pro-
cessui, sed de nouo inquirere,
procedereq; debere. §. si verò cri-
men. in authen. de sanctiis. Epī-
scop. ibi. secundum leges litem
examinans causæ finem impo-
nat. colla. 9.

149 ¶ QV AE tamen. 2. illatio li-
mitanda est, non procedere, vbi
agitur de crimine hæresis. Quod
cum sit merè Ecclesiasticū: neq;
directè, neq; indirectè Iudicem
secularem cognoscere posse: sed
puram nudamq; executionem,
ad requisitionem Iudicis Ecclē-
siastici, ad eum pertinere iuris
est. c. vt Inquisitionis. §. prohibe-
mus, de hæreticis. li. 6. Quò fit,
quòd vbi Inquisitores hæreticæ
prauitatis, condemnatum de hæ-
resi puniendum tradūt Iudici se-
culari, iuxta tex. in. c. præside-
tes. de hæreticis. li. 6. eam cōdem-
nationem Inquisitorum exequi:
nec de processu, seu iustitia cau-
sæ illius vltèrius inquirere, ad of-
ficiū Iudicis secularis expectat.
ex textu in eo. §. prohibemus.

E tenet

tēnet Bal. in authen. clericus. in fine. C. de Episcopis & cleri. Angel. in l. diuus. col. fi. vers. & dixit Bart. ff. de custodia reorum. Angelus in l. i. C. de exhibendis reis. Salicetus in l. ea quidem. col. 6. q. 10. C. de accusatio. Iason in l. magistratibus. col. fi. nu. 10. vers. ultimo quærit. Barto. ff. de iurisdictione omni. Iudi. quod & ibi sequuntur Alexan. Soci- nus, ac Decius, contra Barto. cuius assertio in exemplo ab eo po- fito de hæresi, communi docen- tium sententia improbatur, au- thore Socino, Curtioq; Iuniore, ibidem: licet in decisione quæ- stionis sit recepta Bartoli senten- tia, vt per eosdem videre licet.

150 ¶ **SECUNDO** eam limitā- dam in quolibet crimine merè Ecclesiastico: idemq; de eo, vt de crimine hæresis iudicandum asserit Panormi. in eo. c. i. col. 4. Decius in l. magistratibus. col. fi. nal. nu. 13. Deci. in c. at si clerici. col. 7. in prin. vers. sed hoc idem esset. extra. de Iudicijs.

151 ¶ **EX** quibus euidenter liquet, quando crimina non essent hæ- resis, vel merè Ecclesiastica: si criminofus traditur curiæ secu- lari: vt vbi clericus degradatur, iuxta text. in c. degradatio. de pœ. in. 6. differit Panor. in c. no-

uimus. extra. de verb. signi. non oportere Iudicem secularem de illius punitione tractare, nisi fiat sibi fides de processu, quia ille de Iudicis secularis foro efficitur: eumq; non vt merus execu- tor, sed vt Iudex, & vt sibi subdi- tum, iudicare debet. vt in eo. §. si verò crimen. in authen. de sanctis. Episco. Vbi verò non tra- deretur seculari, vt sit de eius fo- ro, sed Ecclesiasticus peteret, vt eius sententiam secularis exe- quatur: eo casu per Iudicem se- cularem illam sententiam, licet nō fiat sibi fides de processu, exe- quēdam inquit Panor. in eo. c. i. de offi. ordi. ex text. in c. i. de ex- ceptionibus. lib. 6. quod & ante eum fuit Innocentij, ibidem. In executione enim iustitiæ, infe- rior videtur Iudex secularis. c. Principes. & c. administratores. 23. quæst. 5.

152 ¶ **QVOD** ita temperandū est: nisi Iudex secularis sciret eā sen- tentiam Ecclesiastici iniustam: quo casu non teneri illam exe- qui, saltem in causa criminali, cum non debeat esse executor ad malum, contra conscientiam l. non tantum. ff. de appella. cum notatis in eodem cap. 1. author est ibi Panormi. pulchrè Ange- lus in leg. 1. C. de exhibendis reis. ex nota. per Innocentium in c.

in. c. pastoralis. in verb. iniustā. extra. de offi. deleg. quod & ipse Innocen. adnotauit, in c. cum in iure. col. 1. vers. si autem vnus ordinarius. illo tit. de offi. deleg.

153 ¶ **AD** quæ non incongruè ap- plicanda sunt quæ signanter cō- gerit Iason in §. si minus. col. 4. nu. 16. vers. Secundo aduertite. Instit. de actio. Licet enim exe- cutor, habens conscientiam cō- tra sententiam ab eo exequen- dam, et si illam videat iniquam, tam tamen executioni tradere teneatur. c. pastoralis. §. quia ve- rō. extra. de offi. delega. eò quia qui non habet cognitionem ali- quam, non potest executionem retardare, licet habeat conscien- tiam in contrarium: iuxta ra- tionem tex. in eo. §. quia verò. in vers. attendentes, & illic. Anto- nium. Ideoq; & meri executo- res, cum regulariter cognitio- nem non habeant. l. si vt propo- nis. & l. executorem. & illic glos. & Bal. C. de executione rei iudi- cata: nec executionem retarda- re possunt: Illud tamen in cau- sa ciuili temperandum, interpre- tandumq;: non in criminali & corporali, quam Iudex contra conscientiam suam exequi non debet: argu. l. i. in fine, & eorūq; Barto. ibi scribit. ff. de quæstioni- bus. notat in specie Innocen. ac

post eum reliqui. in eo. c. pasto- ralis. §. quia verò: cuius decisio- nis in promptu ea ratio est, quia- damnum talis executionis irre- parabile est, merito nec execu- tionem ex corrupto tradi oportet. argu. l. si quis prouocatione. in verb. iniuria. in fine. C. de appel- lationibus. & est tex. menti com- mendandus. in l. 2. ff. de appella- recipiendis.

154 ¶ **EX** his etiam manifestè con- stat, vbi crimina sunt mixta, vt sacrilegij, & similia: de quibus glo. & interpretes. in c. cum sit generale. de foro competen. Iu- dicem secularē debere ex se pro- cedere, ac de delicto inquirere: factaq; litis examinatione, secū- dum leges, causæ finem impone- re, nec teneri eum stare proces- sui factō ab Ecclesiastico. textus est quem crebrior interpretum opinio ita intelligit in eo. §. si ve- rō crimen. in authen. de sanctis- simis Episcopis. Authores sunt Alexan. Socinus, Iason, Decius, ac Curtius Iunior, in sæpe alle- gata. l. magistratibus. ff. de iu- risdictione omnium Iudi. De- cius in cap. at si clerici. col. 7. in princip. de iudicijs.

155 ¶ **IN** his enim ac similibus de- lictis, duo delicta videntur esse: eò quia delinquens duas perso-

nas, scilicet, secularem ac Ecclesiasticum offendere videtur, teste Baldo, qui eleganter loquitur in. l. placet. col. vltima. C. de Sacrosan. Eccle. Ideoq; quemlibet eorum & cognoscere, & delinquentem punire, iuris est. ex eo. §. si vero crimē: nec acta coram vno facta, coram alio fidem facere. vt per Decium post Aretinum, in eo. c. at si clerici. 7. col. in princip. scriptum est.

156 ¶ **CIRCA** quæ tamen aduertendum, considerandumq; est, iurisdictionem quam in his mixtis criminibus vtriq; Ecclesiastico, scilicet, seculariq; competere diximus. eius tamen, qui eam præoccupauit, attendendam esse, argu. l. i. ff. de offi. consul. atq; ad id tex. in. l. si quis postea. & in. l. vbi acceptū. ff. de iudicijs. Quò fit, vt si Ecclesiasticus cognouerit, & iudicauerit, ac vt facilius exequi valeat, eam Iudici seculari committendam duxerit: is Iudex secularis eam exequi teneatur.

157 ¶ **QVO** Deam interpretationem recipit, scilicet, nisi Iudex secularis vellet nouum processum inchoare ad alium finem, scilicet, ad puniendum in suo foro seculari, eum qui punitus fuit in foro Ecclesiastico, iuxta doctri-

nam Baldi in. l. placet. vers. sic ergo. C. de Sacrosan. Eccle. vbi inquit, poenam spiritualem nõ tollere temporalem, neq; cõtrã, auctore Panor. in. c. tuę. col. penul. extra. de procura. probatur in. c. felicitis. §. per hoc quoq; de poenis in. 6. cum similibus quæ Felinus ponit in. c. de his. col. si. extra. de accusatio. Amplissimè Boërius, decisione. 289. quæritur an condemnatus, & in proposito dubio fuit consideratio Decij, quæ mihi non displicet. in ea. l. magistratibus. in fine. ff. de iurisdictione om. Iudi.

158 ¶ **TERTIA** principalis limitatio huius duodecimæ considerationis est, vt eam in ordinario interpretemur, atq; ita intelligendam tradamus: Delegatū enim non posse inuocare brachium seculare, sine speciali cõmissione: atq; ita Curiam seruare, author est Abbas antiquus. in. c. significasti. de offi. delegati. atq; id probare videtur tex. in. c. vt officiū Inquisitionis. §. deniq; de hæreticis lib. 6. Abbatemq; sequitur Guillelmus à Monte Lauduno in. c. i. de offi. deleg. li. 6. Collectarius in. c. i. prope si. eo. ti. de offi. dele. Sūt igitur in delegato tres gradus. Primo, vt per seipsum sententiã suã exequatur. Secundo, vt per ordinariū Ecclesiæ. quod in delega-

delegato Ecclesiastico superfluum videtur, cum eandem & similem coërtionem habeat. Si vero ambo non sufficiant: inuocet 161 ¶ **SECUNDA** limitatio huic adiungitur, vt scilicet non procedat, si à delegato fuerit appellatum: tunc enim, nec ab Ecclesiastico, à quo est appellatum, pendente appellatione, inuocandum brachium seculare: nec à seculari, cui fuerit facta fides de appellatione interposita, concedendum. Decius ait in eo. c. significasti. col. 2. in fi. vers. Secundo limitatur. eiusdēq; opinionis authores sunt Alberi. Paulusq; Castrenf. in. l. episcopale. C. de episcopali audientia. ex tex. elegati in. l. quoniam Iudices. C. de appella.

159 ¶ **CONTRARIAM** vero, scilicet, delegatos posse inuocare officium brachij secularis, firmant Innocen. Hostien. Ioannes Andreas, Cardinalis, Petrus ab Anchar. Panormit. Felin. ac Deci. in eo. cap. significasti. vbi eorum vltimus. col. 2. versic. extra glosam quæritur. eam communem docentium opinionem esse, testatur.

160 ¶ **QVA** retentã, eam limitatã reperio: primò non procedere, nisi in subsidium, vt supra satis tractatum est, & tradit Oldrad. Conf. 89. circa finem. versic. dic tamen. Federicus de Senis. Conf. 251. prope finem. cap. 2. de male-

dic. c. cum non ab homine. extra. de iudicijs.

161 ¶ **SECUNDA** limitatio huic adiungitur, vt scilicet non procedat, si à delegato fuerit appellatum: tunc enim, nec ab Ecclesiastico, à quo est appellatum, pendente appellatione, inuocandum brachium seculare: nec à seculari, cui fuerit facta fides de appellatione interposita, concedendum. Decius ait in eo. c. significasti. col. 2. in fi. vers. Secundo limitatur. eiusdēq; opinionis authores sunt Alberi. Paulusq; Castrenf. in. l. episcopale. C. de episcopali audientia. ex tex. elegati in. l. quoniam Iudices. C. de appella.

162 ¶ **DECIMA** tertia vltimaq; consideratio huic loco applicanda est, ea, scilicet, præeminentia authoritatisq; quam inter alias, Principes in armorum vsu habere dignoscuntur: quamq; iura eis concedere notū est. Solius enim Principis esse dare facultatē arma deferendi: eaq; cessante, neminē eis vti posse, iuris est. toto ti. C. vt armorū vsus in scio Principe interdictus sit. li. ii. l. vna. iuxta vnã eius intelligētiam. eo. ti. prout etiam præsidem prouincia non posse eam facultatem concedere, cum solius Principis

fit, ad eumq; pertineat, author est Lucas de Pen. in ea. l. i. col. penult. & fina.

163 ¶ **A D E O** vt Principes, Iudicesq; seculares etiam clericos arma deferentes, poena pecuniaria punire posse, Ioannes Faber affirmauerit in. l. addictos. ex tex. ibi. in verb. vltio procedat. C. de episcopali audien. & illie glo. in verb. vindicetur. Aufre- rius in repetitione Clementi. i. de offi. ordina. fo. 31. nu. 21. versf. 13. fallit in portu armorum, in regula prima fallentiarum, de potestate secularium super ecclesiasticas personas. Benedictus in repetitio. c. Raynutius. in verb. & uxorem nomine Adelasiam. fo. 87. nu. 436. versf. inter quæ crimina est portus armorum. & fol. sequenti. extra. de testa- mentis.

164 ¶ **Q V O D** apud Gallos procedere intelligendum est, ex pri- uilegio Romanorum Pontificu, quod apud eos obtentum est, clericos a Regijs Iudicibus poena pecuniaria puniri, ob armorum vsum. l. Regia prohibi- tum: apud nos autem id non procedere pro constanti, ponit Ioan. de Platea in. §. item lex Iu- lia, de vi publica. col. 2. ver. item nunquid statutum laicorum. In-

stitu. de publicis Iudicijs: refert ac sequitur Ioan. Lupus in repe- titio. c. per vestras. fol. mihi. 128. nu. 13. versf. ad hoc facit. extra. de donatio. inter vir. & vxor. & nouissimè vir celebratissimus Didacus Couarrubias a Leiu- a Episcopus Ciuitatensis nunc Se- gobiensis meritissimus: in eo li- bro practicarum quæstionum. cap. 33. colum. penult. ibiq; tan- dem. col. fi. concludit clericum, arma prohibita portantem, pos- se per Iudicem secularem, & mi- nistrum laicæ iurisdictionis ar- mis spoliari, absq; metu excom- municationis: cum hoc ad secu- larem Iudicem pertineat. Statu- tum enim de non portandis ar- mis, etiam clericos, comprehen- dere, cum concernat publicam vtilitatem, Ioannes de Platea, ac post eum reliqui, asseuerant, per l. addictos. C. de episcopali au- dientia. & ex his quæ notat glo- sa fina. in. l. ex ea. ff. de postulan. atq; ex textu in. §. i. in authen. de armis. in princip. colla. 6. hu- iusq; decisio est in cap. 1. §. si cle- ricus. de pace tenenda. in vsibus feudorum. cum etiam clericis prohibitum sit arma deferre. capit. 2. de vita & honestate clericorum.

165 ¶ **A D V E R T E N D V M** tamen est, quod secundum o- pinio-

pinionem Ioannis de Platea, ac Ioannis Lupi, poena huius delationis armorum, clerico cum eis comprehenso, exige- tur coram Iudice Ecclesiastico, non seculari, authenti. statui- mus. C. de Episcopis & clericis. c. si diligenti. extra. de foro com- peten. & in eo. c. i. §. si clericus. de pace tenenda. Episcopi verò Se- gouien. opinio moderatior est. Inquit enim, quod licet clericu arma portantem, nequeat Iudex secularis punire poena etiam pe- cuniaria: ipsa tamen, quibus ar- matus clericus deprehensus est, iustissimè poterit eidem aufer- re: nec est lex diuina vel huma- na quæ contrarium probet, vt il- lic latius per eum.

166 ¶ **S E D** eorum authoritati, nō detrahendi cupiditate, sed veri- tatis indagandæ gratia, hæc opi- nio tatorum virorum, nec ea dif- ferentia inter poenam pecunia- riā & arma, mihi nunq; placuit. Si enim vera est conclusio quam ipsi fatentur, & est assertio docē- tium in. c. Ecclesia Sæctæ Mariæ, vbi Decius post alios, col. ii. ver. tertia conclusio. de constitutio- nibus. ea scilicet, statutum laico- rum generaliter loquens ratio- nabile & fauorabile, cui Cano- nes non contradicunt, habere locum etiam in clericis: atq; id

fauorabile dici, quod principali- ter in fauorem vtilitatemq; ho- minum introductum est. argu- men. l. si quis nec causam. ff. si cer- tum petatur. l. qui exceptionem ff. de condic. indebiti. vt illic De- cius tradit. col. ii. versf. & ma- teria fauorabilis: cum tale statu- tum de non portandis armis sit huiusmodi, ex eoq; clericos cō- prehendat, vt supra traditū est, & colligitur ex his quæ Bal. ait in. c. Ecclesia sanctæ Mariæ. col. 2. versf. idem videtur dicendum. de constitu. vbi statutum princi- paliter factum fauore Reipubli. valet, & comprehendit clericos, sequitur & commendat Hippo- litus in practica causarum cri- minalium. §. aggredior. nu. 72. Non video quare Iudex secula- ris non poterit poenam pecunia- riam, a statuto positam, a cleri- co exigere: aliās enim nullius esset momenti dicere. Id statu- tum etiam clericos comprehen- dere. c. vno. §. & quoniam. de sta- tu regular. lib. 6. cap. vbi pericu- lum. §. præterea de electione. eo- dem lib. l. 2. §. post originem. ff. de origine iuris: aliās ludibrio esset eius edictum, & illusorium ac inane. l. fina. §. vbi autem. C. de bonis quæ liberis. & in. l. si prætor. in fine principij. ff. de lu- di. & in. l. final. ff. ne quid in loco publico.

¶ **N E C** argumentum tollitur, si quis fortè diceret, eā poenam pecuniariam exigi coram Iudice Ecclesiastico, ideoq; non esse dicendum, nullius esse momenti id statutum.

167 ¶ **S E M P E R** enim militat argumentum, cui non video respōsum illud, scilicet, respectu Iudicis secularis statuentis, poenam pecuniariam ab eo statutā, nullius esse momenti, cum ab eo exigi non possit, secūdum eos: itaq; semper militat illud absurdum, de quo in eo. c. vno. §. & quoniā. ac aliorum iurium, quæ supra retuli. Non enim æquum, nec rationi consonum videbitur, Iudicem secularem posse facere statutum, quod clericos comprehendat, ac in eo statuto poenam adijcere quæ clericos comprehendat: utq; ea poena, nō coram eo, sed coram Ecclesiastico Iudice petenda sit: cum Iudex secularis non sit minor, sed par Iudici Ecclesiastico. Panor. post Innocen. in. c. i. de offi. ordina. nu. ii. vers. sed postea Innocen.

169 ¶ **P R A E T E R E A**, si clericus eo casu potest in armorum amissione, à Iudice seculari puniri, ut fatetur Episcopus Segouiensis: non perspicio quare etiā poena pecuniaria statuti puniri

non poterit: eaq; exigi à ministris secularibus, coram Iudice seculari, sicut arma: cum vtrūq; tendat ad interesse, nec diuersitatis ratio reddi possit, ut in simili in. l. 3. §. sed & hi. ibi. nec ratio diuersitatis reddi potest. ff. de iniusto rupto irritoq; facto testamento. & in. l. à Titio. in fine. ff. de verb. obli. ergo idem ius in vtroq; statuendum est. l. illud. & illic glos. in verb. extimari. quæ multa refert. ff. ad legē Aquiliā. l. si. C. ad legem Falcid. l. si. C. de constitu. pecuni. c. cum dilecta. de confirmatio. utili vel inutil. c. inter corporalia. de translatio ne Episcopi vel Prælati.

170 ¶ **H I S** accedit, quod licet poena portationis seu delationis armorum sit eorum amissio, ut est tex. in. §. i. in authenti. de armis: not. Bal. in. c. i. §. si quis rusticus. de pace tenenda. Hippoli. in practica causa. crimina. §. pro complemēto. nu. 12. Iason in. §. ex maleficijs. nu. 81. Institu. de actio. Ludou. Roman. singulari. 263. incipiente, prohibitum: tamen posse etiam contra ea portātes, aliam poenam à statuto imponi, ac vtramq; posse exigi, nec vnā per aliam tolli. author est Matthæus de Afflict. in constitu. Regni Siciliae. in consti. intentionis. nu. 26. ex doctrina Bart. in. l. i. ff. vi bo-

vi bonorū raptor. ad quod etiā. l. quoties. ff. de action. & obliga. Non video igitur quare vtrūq; non possit exigi coram Iudice seculari, ne idem statutum diuerso iure censeatur. argumē. l. cum qui ædes. ff. de vsucapio.

171 ¶ **I G I T V R** vel fatendum est, tale statutum clericos nō comprehendere, quod à iure alienū videtur: vel si id iuris est, tale statutum à seculari editum, etiam clericos comprehendere, id etiā ex consequenti, arma, ac poenam pecuniariam statuti, coram statuente petendam, exigēdamq;: & ita iuris esse arbitror, sine præiudicio melioris sententiæ, ut verbis vtar text. atq; his quæ Bartolus, & Alberic. ibi notant in. l. claudius felix. ff. qui potiores in pignore habentur. Nec omittatur ad ea vulgaris regula. l. 2. ff. de iurisdictione. omnium Iudi.

172 ¶ **N E C** obstant authen. statui mus. & c. si diligenti. cum alijs iuribus. Illud enim certum est, clericum nō coram seculari, sed coram Ecclesiastico Iudice regulariter conueniendum: ut ex eis constat, nec illud incertum, imò sine dubio: supposito quod statutum laicorum comprehendat clericos, eos de poena statuti eis imponenda, coram seculari con-

ueniēdos, iuribus ac rationibus supra traditis: nec hoc contrarium erit iuribus primo loco allegatis, sed eorum limitatio declaratioq; notanda.

173 ¶ **C L E R I C I S** enim etiam vsus armorum esse interdictū, statutum est. c. clerici. & ibi glo. de vi. & honest. cleri. & in Clemēt. i. co. ti. & in. c. clerici. & quasi per totum. 23. q. 8. cum eorum arma debeant esse lachrymæ. text. in. c. conuenior. 23. q. 8. cap. porro. 16. q. 3. vbi glosa.

174 ¶ **Q V O D** adeo eos absterre-re, timereq; conuenit, ut nō desint authores asserentes clericos in minoribus constitutos, exercētes arma, eo ipso priuilegium clericale amittere, Iudicesq; seculares posse eos punire: ut Inn. & latius Panor. in. c. i. de aposta. Aufrerius vbi supra, fallen. 20. ver. & idē in clerico. Sola tamen militia non sufficeret ad priuandum clericum eo priuilegio, nisi exerceat arma vel sæua, secundum eos, & Chassenæ. in ea rub. (des Iustices). §. 5. nu. 54. versic. Quinto, fallit in clerico. vbi ex hac theorica, inquit, se multos armigeros vidisse, quibus, ex eo quod pluribus annis arma exerceverunt, pluribusque bellis adesse soliti sunt, fuit denegata remis-

fitio ad forum Eccleſiaſticum: licet ipſe in multis contrarium tenuiſſe, ac eos remittendos conſuſiſſe teſtetur: atque alios remiſſos, alios non: opinionem tamen Innocentij, ac Panor. tenet Benedict. loco ſuperius allegato, fol. 88. nu. 441. verſi. vel eſt talis qui a ſtatu clericali contrarium fecit. in. c. Rainutius. de teſtamen. Bald. in margarita. in verb. clericus. verſi. 36. incipit. clerici in minoribus ordinibus.

175 ¶ **I D E M Q V E** in clerico arma militaria deferente, qui ſi tercio monitus à ſuo Prælato, non deſtiterit, perdat omne priuilegium clericale. ſtatuit tex. in. c. in audientia. extra. de ſenten. ex commu. relinquendumq; puniendum Iudici ſeculari, teſte Panor. in eo. c. in audientia. 3. notabili: ita quòd ſecundum eum & reliquos, non eſt opus alia degradatione: cum per eam trinam monitionem, ſi arma non depoſuerit, exut^o ſit omni priuilegio clericali, ac relinquatur puniendus iudicio ſeculari. Textum enim in eo. c. in audientia, qui ait tales clericos de priuilegio clericali non debere habere ſubſidium: Doctores interpretantur de omni priuilegio. ex gloſ. illa ſingulari in Clemen. 1. in verb. priuilegij. de offi. ordina. quam Doctores

ſequuntur. cuius decifio eſt appellacione priuilegij clericaliſ, intelligi tam priuilegium. c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. quàm priuilegium fori. nec ab his diſcrepant Aufrerius, Chaffenſusq; in locis ſuprà traditis: alter. 21. fallentia, alter verò in eo. §. 5. fol. 50. verſi. Quarto fallit. nu. 52. & 53.

176 ¶ **E X** his omnibus colligendū eſt, prohibitionem armorum à ſtatu factā à Iudice ſeculari: nō ſolūm comprehendere laicos, verūm etiam clericos, Eccleſiaſticasq; perſonas.

177 ¶ **S E C V N D A** extenſio ſeu ampliatio huius conſuſionis erit: vt eam non ſolūm procedere dicamus in portatibus arma offenſiua: verūm etiam in his qui ea arma portant, quæ deſenſionis cauſa parata ſunt: vt ſcuta, galeas, & ſimilia. Armorū enim appellacione, etiam ea quæ deſenſionis cauſa parata ſunt, contineri, iure ſe habet. l. armorum. vbi tex. & illic Alberi. ff. de verb. ſignifica. ſimilis in §. ſed ex conſtitutio. verſi. armorum. Inſtitu. de interditiſ: & in ſpecie de ſtatu prohibente arma portari: vt etiam ea prohibere videatur, quæ deſenſionis cauſa parata ſunt, author eſt Alberi. poſt Odradum in ea. l. armorum. Felin. in. c.

in. c. ita quorundam. 1. col. verſi. & dicas quòd etiam apta. extra. de Iudæis: atq; ad præmiſſa tex. elegans in §. 1. verſi. in ſuper. & §. prohibemus. in authenti. de armis. colla. 6.

¶ **C O N T R A R I A M** opinionem tenet Iaſon poſt Angel. in §. ex maleficijs. nu. 82. & 83. Inſtitu. de actionibus. Ange. in. l. ſi pignore. §. furem. ff. de furtis: Barbatias in tracta. de præſtan. Cardina. vltima. q. Baſilica. verſi. ſed quid de officialibus domini legati. col. 1. ibi. facit etiam quòd licet appellacione armorum: & ſentit Barto. in. l. 1. ff. ad legem Iuliam de vi publica, vt ait Iaſon in eo. §. ex maleficijs.

178 ¶ **P R I M A M** tamen opinionem comprobat lex Regia. 33. tit. 14. lib. 2. Ordina.

¶ **Q V A E** opinio mihi iuri cõſona videtur, vltra omnes, duplici conſideratione. Prima, quia armorum appellacione iure communi, intelligi etiam arma deſenſionis cauſa parata, ſatis liquet ex eo. §. prohibemus. in authenti. de armis. colla. 6. Statuto igitur diſponente de prohibitione armorum, tam offenſiua, quàm ea quæ deſenſionis cauſa parata ſunt, cenſeri quoq; prohi-

bita dicendum eſt: vt ſtatutum intelligatur ſecundum ius commune: iuxta eā quæ Barto. notat ex eo tex. in. l. ſi ſerui veſtri. C. de noxali actio. Bal. in. l. cum à matre. col. ſi. verſi. vltimo quæritur. C. de rei vendica. Bal. in. l. terminato. col. vltima. verſi. pone dicit ſtatutum. C. de fruct. & lit. expẽ. cum ſimilibus, quæ Decius tradit. Conſi. 444. cõcurrit patruus col. 3. verſi. & reſpondendo ſpecialiter. 4. parte. glo. in. l. ſi §. in computatione. in verb. confundantur. verſi. ſed quid ſi ſtatutum. & illic Barto. Bald. & latius Alexã. C. de iure deliberan. ibi quoq; Iaſon, eam interpretum communem receptamq; ſententiam aſſerens. ergo idem erit & in ſtatu:

179 ¶ **S E C V N D A** erit conſideratio, quia iure cautum reperitur, ſtatutum intelligendum ſecundum communem uſum loquendi. l. cum de lanionis. §. aſinam. ff. de fundo inſtructo. l. librõrum. §. quòd tamẽ Caſſius. ff. de leg. 3. pulchrè Bart. in. l. Labeo. nu. 4. verſi. & hoc eſt vtile ad ſtatuta. & illic amplè Alex. ad Bart. ff. de ſuppellec. lega. amplè Alexan. in rubric. ff. de operis noui nuntia. Sed ſecundum cõmunem uſum loquendi, etiam deſenſionis cauſa parata arma dicuntur, vt notum

tum est. Igitur idem erit in statuto, per ea quæ supra tradidi: præfertim quia is communis vsus loquendi, est secundum dispositionem iuris communis. vt suprâ dictum est.

180 ¶ N E C his obstat, si quis diceret Bartolum voluisse contrariū in. l. i. ff. ad legem Iuliam de vi publi. vt perpendit Iason in eo. §. ex maleficijs. Si enim rectè Bart. inspiciatur: nec eum hoc dicere, nec sentire, facile apparebit: sed id solum, nempe iure. C. & authent. prohibitam esse delationem armorum, tam eorum quæ offensiuæ, quàm eorum quæ defensionis causa parata sunt. vt in rubro & nigro. C. vt armorū vsus. & in §. prohibemus. in authent. de armis. licet secus de iure. ff. In effectu igitur concludit Bartolus, vtrumq; genus armorum esse hodie prohibitum iure communi, quidquid dicat Iason. quod etiam iure institutionum prohibitum reperitur. vt in eo. §. sed ex constitutionibus. vers. armorum. Instit. de interdicitis. nisi Iasonē quis defendat, dicēs, Bartolū satis id sensisse, procedere saltem iure ff. Quod tamen non est cōcedendum, ex ea. l. armorum. Et illic Alberi. ex qua alia iura. ff. id expresse non disponētia, declaranda sunt. Iason

in. l. 2. C. de bonor. posses. secundum tabul. ex. l. vtrum. ff. de petitione. hæredita.

181 ¶ N E C obstat præterea, si quis vltius diceret, quod cum. l. Regia hoc dispositum declaratūq; inueniamus: ergo non videtur ante eam id decisum iure communi. Ad hoc enim facilis est responsio, ex his quæ notat Imol. in. l. hæredes palā. §. si quid post. ff. de testament. ex eo textu. ibi. & puto posse. nihil enim nunc dat, sed datum significat. ff. de testament. qui quotidie allegatur ad illud tritum: qui declarat, nihil addit. Et est text. melior de iure, secundum Angel. in eod. §. si quid post (vt eius verbis vtar) in. l. adeo. §. cum quis. & est in vers. sic. videtur tamen. ibi. qui excutit spicas, non nouam speciem facit, sed eam quæ est, detegit. ff. de acquiren. re. domini. Non igitur sequitur. l. Regia illud declaratur: ergo ante eam non erat dispositum.

182 ¶ D I C E R E M tamen, eam legem Regiā, omniāq; superius adducta, limitanda: vbi cum ijs armis ad defensionem paratis, etiam arma ad offendendū quis portare inueniretur. Si verò ex indicijs appareret, quem portare sola arma, ad defensionem ap-

ta,

ta, causa suæ salutis, defensionisq; : tunc eum à statuto non comprehendere, iuris esse arbitrari: cum ad sui defensionem, ac suæ salutis causa liceat ea portare. author est Matthæus de Afflictis, in constitutione intentionis. nu. 32. vers. Tertio nota.

183 ¶ E A ratione, quia secundum eum ratio quare arma, ad defensionem parata, sunt prohibita à statuto, ea est: quia faciunt hominem armatum audaciorē ad offendendum: quæ etsi non solet exprimi in statutis, ex quò tamen alia reddi non potest, habetur pro expressa. vt Panor. inquit in. c. Secundo requiris. ex eo tex. extra. de appella. glo. Bal. & Doctores, in. l. quamuis. C. de fideicommiss. Cum igitur ea ratio cesset in eo, qui sola arma ad defensionem parata, portat: cessante ratione statuti, cessabit eius dispositio. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patron. c. cum cessante. extra. de appella.

184 ¶ Q V A E opinio mihi semper placuit: quam etiam tenet Carrius in practica causarum criminal. quam ponit in repetitio. l. 2. fol. 36. in tex. ibi. itēque eorum qui manifestam violentiam commiserunt. nu. 13. C. quorū appell. non recipiantur. Atque ad eam

quæstionem summè cōueniunt verba tex. nota. in. l. pen. ibi. Qui enim arma tuendæ salutis suæ causa gerunt, non videntur hominis occidendi causa portare. ff. ad. l. Iuliam, de vi publica.

185 ¶ A D hæc etiam facit, quod tradi solet de gerentibus cultellos paruos, ad incidendum panem, vel ad moderandas pennas: statutum enim puniens gerentes arma, non censetur eos punire qui eos portant. glosa est quæ crebriori doctentium sententia, vt singularis allegari solet in. §. pen. in verb. minores. in auth. de armis, quam ita allegat Angel. & Iason in. §. ex maleficijs. Instit. de actio. vbi vidēdus Iason. nu. 85. eamq; vt singularem refert Ioā. de Plat. in. §. recuperandæ. si. col. vers. secus si non sit res apta nata ad nocendum. Instit. de interdicitis. & est singularis, secundum Ioan. de Plat. in. §. item lex Iulia. i. col. vers. dummodo scias. Instit. de publicis Iudi. eamq; non esse, alibi inquit Angel. in. l. i. ff. ad legem Iuliam, de vi publica. Idem Ange. in. l. si pignore. §. furem. ff. de furtis: & per eam idem tenet Felin. in. c. ita quorūdam. extra. de Iudæis. i. col. & pro ea est tex. in c. lator. extra. de homici.

186 ¶ E X quò sequitur, quod si in hoc

hoc fraus fieret, vt si quis diceret, se gerere cultellum ad supra dicta, cum tamen eum gereret ad offendendum: tunc talis cultellus continetur in statuto, arma prohibente: cum talis sit, vt eo possit quis nocere, animūq; nocendi habeat, vt tradit Iason in eo. §. ex maleficijs. Socinus in tracta. regularum, cum Fallētis, in regu. arma. 4. Fallentia. Barbatijs in tractat. de præstantia Cardinali. 5. q. Basilica. 2. partis. versū. sed quid de officialibus 1. col. versū. idē dicas si quis portaret. Volūtas enim, propositūq; distinguūt maleficia. l. verū. & l. qui iniuriæ. ff. de furtis.

187 ¶ **E X** quo etiā deducitur causa venationis, nauigationis. itinerisue, posse quem arma portare, cum ea non gerat vt homini noceat. l. 1. ff. ad legem Iuliam de vi publica. & ibi Barto. nec existimo correctam hodie eam legem primam, per text. in §. 1. in authenti. de armis. colla. 6. quicquid dicat Barto. in ea. l. 1. ea ratione. Quia vbi lex antiqua loquitur in aliquo casu speciali: lex noua superueniens, quæ aliquid generaliter disponit, nō intelligitur disponere in eo casu, specialiter a. l. antiqua disposito: vt inquit eleganter Iason in l. bonorum. nu. 13. fol. 13. C. qui ad

mitti. ex glos. illa ordinā. & ap. probata in. l. sciendum. in glos. magna, in verb. non compelli. vbi amplē Iason nu. 4. & 5. ff. qui satisfdar. cogantur. glos. in §. sed hodie. in verb. pro qualitate. Instituti. de satisfdatio. glo. in authenti. offeratur. in verb. fide iussione. C. de litis contesta. atq; ad idem. l. sed & posteriores. ff. de legibus. l. sancimus. C. de testamentis. l. præcipimus. C. de appella. & ita iuris esse arbitror, vltra Doctores, qui nō discussa doctrina Bart. in ea. l. 1. ff. ad legem Iuliam de vi publi. leuiter pertranseūt.

188 ¶ **H I S** etiam adiiciendum est: ministros seu familiares Inquisitorum hæreticæ prauitatis, non posse prohiberi statuto mandatorum Iudicis secularis, ne arma gerant: Iudicesq; seculares, eos prohibētes, puniēdos: ac turbatores Inquisitionis hæreticæ prauitatis. c. statutum. cum glo. notabi. in verb. indirectē. de hæreticis. li. 6. cum vsus armorum familiarie eorum Inquisitorum prohibitus non sit: vt ea glo. in eo. c. statutum. quam commendat Hippolitus in practica causa. crimina. §. pro complemento. nu. 5.

189 ¶ **N E C** familiarie ministris Iudicis secularis, armorum vsus prohibētum, imō necessarium dispo-

disponit. l. 1. in fine. & l. nam salu- 191 tem. ff. de officio præfe. vigil. ac in ea. l. 3. in fi. Bal. ita adnotauit. Socinus sequitur in ea. regula, in verb. arma. prima Fallentia. Ex quo fonte manat, vt licet ad palatium vbi Iustitia regitur, seu ad domos Regias, tribunaliū vbi ea administratur, nemini arma portare liceat. c. 1. §. ad palatium. & illic Matthæus de Afflict. de pacē tenenda. quod tamen ita generaliter consuetudine non seruatur.

190 ¶ **I D** tamen expeditum est, ne mini licere ad locum vbi sedent Iudices Regij, tā in hoc regio auditorio, q̄ Pintiano, quā Granatēsi, arma gerere, nec cum eis ingredi, vt notum est. Videmus tamen eorum ministros (vt Algazelum maiorem, qui ita vulgō dicitur) aliās Capitaneum Iustitiæ, vel si maus, ducem, seu præpositum ministrorum, qui Iustitiæ, eiusq; executioni inseruiūt, in loco tribunalis aduocatis alijsq; destinato ense accinctum, federe: quod tamen nemini quātumcumq; magnati Regni permittitur, sed ense prius dimisso, tribunal ascendunt, sedesq; eis 193 cum Iudicibus decreta est finistra Iudicis antiquioris, vt quotidie cernimus.

¶ **M I N I S T R I** etiam qui Regio auditorio, eiusq; Iudicibus inseruiunt, (quos vulgō Porteros appellamus) notū solum eo in loco vbi Aduocati, Relatores, Secretarij, alijsq; Regij tribunalis ministri federe solent, ensibus accināti ingrediuntur, ac ibi stant, mandata Iudicum Regiorū executuri: verū etiam ad eum locum vbi Iudices Regij pro tribunali sedent, vt eorum iussa exequantur, si fortē eis aliquid archanum iubendum est, ensibus accincti tribunal ascendunt. Quæ omnia ex iuribus supra allegatis satis patent: ac eis applicanda sunt verba huius literæ, satis ad propositum, & satis accommodata.

192 ¶ **Q V A E** etiam cum superioribus ad eam consuetudinem faciunt, quam in Regno Nauarræ videmus: ministros Algazeli maioris lanceis spatijsq; munitos, eum ad Iustitiæ executionis necessaria associare solitos. Quæ omnia notanda sunt, vt elegantia ac quotidiana, nec ab alijs ita digesta seu considerata.

193 ¶ **N E C** illud in re, de qua agimus, prætermittendum est: ea statuta, de armis non portandis, tunc demum exequēda, vbi delinquens, vel statuto non obtemperans,

pérans, cū eis inuenitur. Si enim ea portare nō inueniatur, etiam si ea portauerit seu gesserit, eum poena eius statuti nō puniendū, scribit Angel. in. l. i. ff. ad legem Iuliam de vi publica. Cuius tamen opinio à veri limitibus discrepare uisā est Matthæo de Aflict. in ea constitutione intentionis. nu. 18. vers. 18. ac Augustino de Arimino in tracta. de Maleficijs. in verb. dictus Andræas armatus. Qui enim arma portat quolibet die, vnum delictum cōmittere videtur. ex. l. foramen. ff. de seruituti. rustico. prædior. Bar. in. l. inficiando. §. infans. ff. de furtis. Ioan. de Anania in. c. fi. 6. col. de colusio detegenda.

194 ¶ I N quo & illud consideratione dignum est: aliud esse, si statutum dicat, si quis fuerit inuentus cum armis: aliud si disponat, vt nemini liceat arma portare. Primo enim casu requiritur quod inueniatur arma portare, vt incidat in poenam statuti, authore Angelo. in. §. reueren- dissimus. in authen. de sanctissimi- mis Episcopis. colla. 9. per Alexandrum & Moderniores. in. l. 3. §. Neratius. ff. de acquiren. posses- sion. l. si Barfatoram. ibiq; communis scribentium assertio. C. de fideiussoribus. Secundo verò casu non requiritur quod cum

armis inueniatur, sed sufficiet probare eum arma portasse, licet cum eis inuentus non fuerit, ex tex. in. l. fi. C. que res exportari non possunt. c. ita quorūdam. extra. de Iudæis. l. ferri. ff. de verbor. significa.

195 ¶ E X quo & illud infertur, quod si familia Iudicis aliquem cum armis inuenit, eumq; non apprehenderit, sed in actis scribi fecerit, se talē inuenisse arma portantem: ea scriptura etiam sine apprehensione operabitur, vt is cum armis inuentus, & non captus, possit puniri poena statuti. Ita pulchrè Bal. in. l. i. c. t. u. ff. de his qui notantur infamia. Sequitur ac commendat Hippolytus in sua praxi causa. criminalium. §. pro complemento. col. 3. nu. 27. vers. & circa dicta superior. idq; vt perpetuò mentitendū, tradit Hippolytus in singulari. 393. cuius initium est. dubitarunt Doctores, & pro ea decisione dicit esse glo. in. l. i. in verb. deprehensus. C. vbi senator vel clarissimi, de qua etiam. q. vi dendus est Hippolytus, vbi pulchrè loquitur in eo. §. pro complemento. col. 2. nu. 24. vers. que- ri etiam potest. Barto. Imol. Paulus Castrès. Alex. & fufius Iason, ibiq; Ripa in. l. i. in princ. ff. de acquiren. posses. subtilius omnibus

more

more suo, Bartholomæus Soci. qui omnino videndus est in eo. §. Neratius. col. 3. nu. 8. & col. fi.

196 ¶ N E C absouū videbitur hic inferere, quid hodie iure nostro Regio, in re de qua agimus, scilicet, de portandis armis, statutum sit. Primò enim omnes, exceptis nouiter conuersis in Regno Granatensi, posse ferre ensē, Regia Pragmatica, scilicet, Pintia edita, anno Dñi. 1523. dispositum est. Alia aut Pragmatica lata Toleti, anno Dñi. 1525. statutum est, vt etiā pugionem, vel siccam cum ense quis gerere possit, per totū diem, & noctem vsq; ad certam horam. & est Pragmat. 72. in ordine. Alia verò Pragmatica Regia. 72. in Curijs Matritijs lata, anno Dñi. 1534. decisum est eos qui portauerint ensē cum pugione, vel sicca, tempore nocturno, post horā prohibitam: non posse à familia seu ministris Iudicis molestari, nec arma eis auferri, si lumen secum portare inueniantur. Idemq; eadē Pragmatica statutū fuit in rusticis, & alijs, qui primis horis diei, seu prima luce, ad laborem surgūt, ac proficiscuntur. Alia etiā Pragmatica à Rege nostro Christianissimo edita, anno. 1564. Matritij, prouisum est de longitudine ensū, ac vsq; ad quem modum eos gerere possint: & qua

poena puniatur portantes enses longiores, eumq; modum excedentes:

197 ¶ I L L V D autem nō est obliuioni tradendum. Eis, qui ad eludendam Iudicis secularis iurisdictionem, se Clericos afferētes, ex ea causa ab eius iurisdictione se exemerint, armorum delationem prohibitam: ita quod, posteaq; Clericatu vsi sunt, Clericatusq; eis profuerit, ad euadendū manus Iudicis secularis, vltterius arma portare non possint: imò excipiūtur à dispositione legum Regiarū permittentiū arma portare. Et q; fortius est, etiam si ad ea deferēda rescripto Regio muti sint: ita prouisum est Regio rescripto missō à Carolo Cesare Dño nostro, Prætoribus seu Iudicibus qui supremā in criminalibus causarū cognitionem habēt in Regio Pintiano auditorio, lato Hispali anno. 1526. quod rescriptum eodē anno. 1526. fuit repetitū, atq; vt primū seruaet, præceptū in vrbe Granatē. Que rescripta inserta sūt hodie in noua cōpilatione. Ordinationū Regiarum Regij Pintiani auditorij li. 3. tit. 5.

198 ¶ I B I D E M q; in fine eius tituli ponitur vnū non spernendū. Iudices contra eos, qui lege prohibēte, arma portauerint, cognoscentes, non posse in sententia ea

F sibi

fibi adiudicare, nec alteri: sed fisco ea adiudicanda, nisi in flagranti delicto capiatur: tunc enim Iudici, vel executori qui ea cepit, iure debentur. Quod statutu fuit rescripto, epistolae Cæsarea, missa Regio Pintiano auditorio, eiq; Præsidenti, anno 1542. visa visitatione, id est, eius ordinis magistratuum gesti muneris, rationisq; redditæ relatione, à Ioanne Cordubensi facta: qui mandato Regio id munus sibi iniunctu, sincerè, diligenterq; (vt audio) peregit. & est in ea visitatione, in verb. Sueldos.

199 ¶ **HODIE** verò epistola Regia Matritij lata hoc anno 1566. huic Regio auditorio missa, rescriptum est: Iudices qui ei præsunt, poenas eis legib' Regijs applicari solitas: vt posthac nõ sibi, sed Regio fisco applicent: ad eiusq; , nõ ad Iudicu comodum fiat eorũ condemnatio, cum inconueniens esset, vt in his causis in quib' interesse prætedũt, Iudices esse possint. vt ea. l. prouisũ est: ratioq; in ea inserta colligitur ex glo. illa elegati in. l. de iure. in verb. prouincię. ff. ad municipal. atq; ex his quę Bart. scribit in. l. quidã consulebant. nu. 4. ibi quoq; Alexan. col. 3. vers. extra glosam tetigit hic Barto. ff. de re iudi. pulchrè Decius Consi. 189.

latatus sum. col. 9. vers. & licet. 1. parte. Idemq; in omnibus Iudicibus, à quibus non licet appellare, sed corã eis supplicatio interponitur, per eosq; causa ad finem deducitur, statutũ est alia epistola, in ea quam supra retuli inserta, anno anteriori, scilicet, sexagesimo quinto, in nemore Segobiensi lata, missa Iudicibus qui Regio Consilio præsunt, eidẽque Consilio Præsidenti: Regijq; prætorij Pintiani, Granatensisq; Iudicibus, ijsque prætorijs Præsidentibus, alijsq; Regni Iudicib'.

¶ **QVO** fit, eam poenã amissionis armorum, à Iudicibus inferioribus, à quib' appellare licet, eorũq; ministris, nõ à superioribus exequendam: vt ex his epistolis, quæ deducta sunt, concludendum videbatur.

200 ¶ **DE** quo tamẽ dubito. cum he epistolæ in alijs condensationib' quarũ pars Regijs Pragmaticis Iudicibus applicari solebat, loquatur: non in armis: in quibus, quid statuẽdũ sit, epistola Regia Pintiano prætorio missa, anno 1542. prænotata, in specie decisum est. l. præcipim'. C. de appella. c. cũ expediat. de elect. in. 6. l. sancimus. C. de testam. ea enim quę specialiter decisa sunt, nõ videtur lex generalis superueniẽs comprehendere. l. item apud La-beonem

beonem. q. ait prætor. vers. ca enim. ff. de iniur. nec lex noua aliquid statuẽs generaliter (correctam legis antiquæ dispositionem) in casu speciali. assertio glo. fuit. quam vt ordinariam, receptamque, Doctores approbant, ac sequuntur. in. l. sciendum. glosa magna. in verb. non compelli. Et illic amplè Iason ff. qui satisfacere cogantur. & supra latius tradidi.

201 ¶ **HODIE** autẽ in eius quæstionis decisione nos angit, superfluum est: cum noua Pragmatica Regia Matritij lata hoc anno Millesimo, quingentesimo, sexagesimo sexto, rescriptum sit, omnia arma, tam offensiuã, quã ea quæ defensionis causa parata erant, & quæ tempore rixæ delinquentes secum tulisse comperitum sit, ac in quibus condemnatio fieri debeat, applicanda Iudicibus, ministrisue Iudicum, qui eos apprehenderint, carceriq; tradiderint, etsi eos non apprehenderint in flagranti delicto. Quod ideo prouisum est, vt tam Iudicibus, quã eorum ministris eos apprehedendi maiore cura, sollicitudine semper ad sit. Quæ ratio ei epistolæ Regiæ inserta est, & quam in similibus quæstionibus vt Iudices, eorũq; ministri ardentiores sint, causa

lucris eis proueniẽtis: ponit pulchrè Angelus in. l. 3. §. Neratius. ff. de acquiren. possessio. iuxta illud Paralipomen. 2. ca. 15. Confortamini, & non dissoluantur manus vestræ: erit enim merces operi vestro. & in. l. 1. C. de assessoribus. l. si. cum ibi notatis. C. de alluio. & palud.

¶ **EX** quibus liquet, immutata hodie eam epistolã Pintiano Prætorio missam, anno 1542. ea noua huius anni, quę posterior est, optimaque ratione condita.

202 ¶ **PRÆMISSIS** etiã addendum est: hodie, iure Regio, non posse quemq; siccam seu pugionem gerere, nisi etiã ense acinctus sit: quod pulchra ratione constitutum est: de qua in epistola Regia omnibus sui Regni Iudicibus missa, Matritij lata 28. Februarij huius anni.

203 ¶ **ILLVD** etiam, ad omniũ epistolarum, Pragmaticarumq; Regiarum intelligẽtiam, quę supra deducta sunt, permittentiũ ensẽ gerere, vel cũ simul cum sicca, vel pugione, considerandum est: omnia ea iura videri sumere robur ac fundamẽtum ex ea theorica Alexan. ad Barto. in. l. 1. ff. ad legẽ Iuliam de vi publi. vbi inquit licere cuilibet portare arma ligata. Accedat glo. illa
F 2 singu.

ſingularis in . c . 1 . § . ſi ruſticus . in verb . non vt quem . de pace tenenda . in vſibus feudo . quæ diſponit arma gerentem , præſumim malum animum habere , niſi ea ligata gerat . quam ſingularem refert Iaſon , in . § . ex maleficijs . num . 81 . Inſtitu . de actionib . Tenet Baldus in . c . 1 . § . ſi quis ruſticus . de pace tenenda . Socius in tractat . regularum , cum fallentijs . in verb . arma . fallentia . 3 . allegat textum in eo . c . 1 . § . ſi quis . de pace tenenda . & eſt in § . mercator . ibi . gladium ſuum ſellæ alliget .

204 ¶ E T quia res , de qua agitur , delationis armorum , ſatis ſua dote onerata eſt , etſi multa relinquuntur , quæ membranas occupare poſſent : nec mei propoſiti ſit , effuſo ſermone coram tanto Principe , loqui : ſed quæ in eis locis à doctis traduntur , meliora huic loco accommodare : ac ſi quid mihi videatur diligentius conſiderandum , non omittere : aliaq; extranea , nec ab eis tradi ſolita , applicare .

¶ S I quis tamen docentes videre velit , eam rem pertractantes , non omittat Barbatiam , in tracta . de præſtan . Cardinal . 5 . q . Baſilica . 2 . partis . verſic . ſed

quid de officialibus . r . col . Iaſonem , in § . ex maleficijs . nu . 79 . cum multis ſequētibus . Inſtitu . de actio . Matthæum de Afflict . in conſtitu . Regni Siciliae , in conſtitu . intentionis . Hippolytum de Marſilijs , in practica cauſa . criminal . § . pro complemento . eundem Hippoly . in Singu . 399 . incipit . dubitarūt Doctores . Decium , in . c . ſignificasti . col . pen . poſt alios ibi . de offi . delegati : eundem Decium , in . c . cum non ab homine . nu . 9 . verſ . an autem epiſcopus . extra . de iudicijs . tex . Bartolum , & Angelum , in . l . 1 . ff . ad legem Iul . de vi publica . Felinum , in . c . ita quorundam . extra . de Iudæis . Ioānem de Platea , in § . recuperandæ . Inſtitu . de interdictis : eundem Ioānem de Platea , in § . item lex Iulia . Inſtitu . de publicis iudicijs . Cæpolam , poſt Albericum , in . l . armorum appellatione . ff . de verborum ſignifica . ibi quoque Alciatum , Catellianum Cottam in ſuis memorabilibus . in verb . armorum vſus . Ludouicum Romanū in Singul . 263 . Angelum Aretinum , in tractatu Maleficiorum . in parte , vno ſtocho ferreo . per totum . Petrum Bellugam , in ſuo Speculo Principum , rubrica . 27 . § . milites . nume . 3 . cum ſequent .

ARMO

205 ¶ ARMORVM autem tractandorum meditatio , à quo primum militibus tradita ſit , ponit Valerius Maximus li . 2 . tit . 1 . in hæc verba : Armorum tractandorum meditatio à P . Rutilio Conſule C . Mallij collega militibus eſt tradita : Is enim nullius ante ſe Imperatoris exemplum ſectus , ex ludo C . Aurelij Scauri doctoribus gladiatorum accerſitis , vitandi atq; inferendi ictus ſubtiliorem rationem legibus in generauit : virtutemq; arti , & artem rursus virtuti miſcuit , vt illa impetu huius fortior , hæc illius ſcientia cautior fieret .

206 ¶ EORVM autem inuentores ſcribit Plinius li . 7 . naturalis hiſto . c . 56 . & plurimas armorū ſpecies Iuſtinianus in § . ſi . in authen . de armis . colla . 6 . A . Gellius lib . 10 . noctium Atti . c . 25 . & Vegetius li . 4 . de re militari .

207 ¶ ILLVD etiā memoria dignum eſt : in armis , nec in equis , executionem fieri nō poſſe , cum ea iure militibus reſeruata legamus . ex glo . illa ordina . in . l . nepos Procuro . in verb . dignitate . ff . de verbo . ſignifica . de qua per Cæpolā & Alciatum ibi . & eam ſequitur Iaſon in § . Item Seruiana . nu . 669 . in Inſtitu . de actionibus . Idq; . l . Regia . 5 . tit . 13 . Parti . 5 .

ſatis comprobatum eſt : ac . l . 6 . ti . 12 . lib . 5 . Ordina . menti . & . l . Regia . 3 . ti . 27 . Parti . 3 . & . l . 12 . ti . 1 . & . l . 3 . ti . 2 . li . 4 . eiſdem Ordina . Regij ; quod procedit etiam ſi quis non ſit miles , ſed militat , & habet equum & arma . ea enim in executione capi non poſſe , deciſum eſt ea . l . 12 . tit . 1 . lib . 4 . Ordina . men . & in Regia Pragmatica . 104 . verſi . Item quærendo . In volumi . Pragmaticarum : quod eā ampliacionem , extensionemq; recipit , vt etiam cauſa debiti Fiſcalis , ſeu eius quod Regio ſiſco deberi conſtituerit ; ea capi non poſſe , diſponat ea . Pragmatica . 104 .

¶ QVÆ omnia limitanda ſunt , vbi milites alia bona poſſiderent , in quibus executio fieri poſſet . Vbi verò alia bona non ſuppeterent : etiam in equis , armisq; poſſe fieri executionem , iuris eſt . l . ſtipendia . vbi textus elegans . C . de executione rei iudicatæ .

208 ¶ QVOD hodie iure noſtro Regio , in equo non procedere , dicendum eſt , vt non ineleganter . l . Regia . 23 . ti . 21 . 2 . Partita deciſum eſt : imò fortius in alijs animalibus , præter equos , in quibus milites equitare inueniuntur , nō poſſe fieri executionem .

F 3 eadem

eadem. l. Regia Partitarum pro-
uisum est: præterq; in casu. l. 32.
tit. 26. Parti. 2. quæ ad alterius ex-
positionem videnda est.

¶ C A E T E R V M ad præ-
notatorum iurium veram intelli-
gentiam, mea fert opinio ultra
omnes: arma quæ subditi tene-
re iubetur, iuxta dispositionem
illius Regiæ Pragmaticæ. 104.
nec etiam pro Regio debito ca-
pi posse, aliæ causa priuilegia-
ta, vt in ea expressum est: & ita
iuris esse arbitror, contra. l. 12. ti.
pri. li. 4. & l. 9. tit. 12. li. 5. Ordina.
quæ hodie, ea. Pragmatica Re-
gia, immutatæ sunt: ad alia verò
debita soluenda alijs, præter Re-
gem, ea capi non posse, etiã alijs
bonis non extantibus, Regia. l.
23. ti. 21. statutum reperitur: quæ
in hoc discrepat à decisione. l. sti-
pendia. C. de executione rei iud.
& quæ illic Doct. tradunt. Quæ
quidē. l. Regia. 23. licet in armis
expressē nō loquatur, nec expres-
sē decidat arma, etiam si alia bo-
na non suppetant, nō capienda:
cū tamen id decidat in equo,
alijsq; bestijs, quas milites equi-
tare inueniantur: atq; in eadem
l. superius arma equumq; militis
eodē iure procedere disponat,
ac alijs legibus Ordinamēti præ-
notatis: illud idem constitutum
sit in armis, quod in equo: idem

in vtroq; statuendum videtur:
vt equiparatorum eadem sit ra-
tio: & per consequens, nec equū,
nec arma, etiam in subsidium: &
etiam si res iudicata alijs ratio-
nibus exequi non possit, ad alio-
rum debita persoluenda, nec ho-
die ad id quod Regi debetur, ca-
pi posse, nisi in casu legis. 32. tit.
26. Partit. 2. his legibus constitu-
tum fuisse, verissimum puto.

Sed etiam legibus o-
portet esse armatam.

S V M M A R I V M.

- 1 L E G I B V S oportet esse armatum
Principem.
- 2 Sergius Galba legibus operam dedit.
- 3 Quod fecit etiam Iustinianus.
- 4 Et Iulium Cæsarem fecisse ostenditur. &
nu. seq.
- 6 Cæsares copiam Iurisperitorum habue-
runt apud se.
- 7 Alexander Vlpiano scrinij magistro v-
sus est.
- 8 Principes dicuntur habere Iura in scrinio
pectoris.
- 9 Sed moderni Principes Iura ignorant.
- 10 Principes appellatur Philosophi pleni.
- 11 Platonis verba declarantur.
- 12 Partitæ lex. 16. tit. 5. Par. 2. exponitur. &
nu. sequenti.
- 14 In errore versantur homines qui literas
ignorant.
- 15 Deuteronomij verba pulchrè expendun-
tur, & nu. seq.
- 17 Assuerus Rex sapientibus vsus est apud
se.
- 18 Salomon sapientiam optauit, reliqua
spreuit.

Robo

- 19 Roboam eius filius spreta sapientia re-
gnum amisit.
- 20 Christus Deus noster, duas clauēs Petro
commisit.
- 21 Per sapientiam Reges regnant.
- 22 Iure Canonum, sententiā contra. l. lata,
est mero iure nulla.
- 23 Iure Cæsarem seruantur. l. seruari Iudi-
cibus.
- 24 Seruius Sulpitius ob iuris ignorantiam,
obiurgatus à Scauola.
- 25 Iure Regio id quoq; decisum esse osten-
ditur.
- 26 L. scire oportet. §. sufficit. ff. de excusa-
tio. tutorum. adducitur.
- 27 Iudex, idem est, quasi ius dicens.
- 28 Malda, qui non ha, dize la campana de
S. Pedro.
- 29 In decidendis causis ordō iudiciorum
seruari debet.
- 30 Iudex per legitimos tramites calumnian-
tium expellere debet iniquitates.
- 31 Iudices multa debent arbitrari.
- 32 Iudex, ex Baldo, duos sales habere debet.
- 33 Sux artis quilibet author, & disputator.
- 34 L. si auiam. C. de ingenuis expenditur, &
nu. sequent.
- 36 Iuris præcepta traduntur.
- 37 Multitudo iurisperitorum imperitorum
exprobatur.
- 38 Omnia præclara rara.
- 39 Maiorum de hac re exempla, traduntur.
- 40 Xenophonis sententiā proponitur.
- 41 Et aliud Ciceronis & Demosthenis.
- 42 L. 2. de origine iuris appositissimè refer-
tur.
- 43 Pomponij verba traduntur.
- 44 L. apud Iulianum. ff. de fideicommiss. li-
ber. adducitur.
- 45 Obiectio diluitur.
- 46 §. in authen. de Iudicibus declaratur.
- 47 Doctrina Innocētij exponitur. & nu. seq.
- 49 In excutienda veritate multa debet Iu-
dex præuidere.
- 50 Iudex magis scire potest quam lex.
- 51 Poenas augere & minuire potest Iudex.
& nu. seq.
- 53 Iudices propter scādalum accelerare pos-
sunt executionem.
- 54 Vanæ voces populi non sunt audiendæ.
- 55 Arbitrium Iudicis iuri consonum esse
debet.
- 56 Qui habet potestatem disponendi secun-
dum conscientiam: non propriam,
sed publicam sequi debet.
- 57 Casus arbitrio Iudicis relicti, regulantur
iuris dispositione.
- 58 Remissiuè de hære traduntur aliqua.
- 59 Dissolutorum eorum alicui qui odio
prosequuntur iure constitutos.
- 60 Rufus de hac re adijciuntur aliqua. &
nu. seq.
- 62 c. ponderet. 50. dist. 1. ponderatur.
- 63 Floriani dictum traditur, & Alciati.
& nu. sequent.
- 65 Budæi ratio adducitur.
- 66 Legum serui sumus, vt liberi simus.
- 67 Iudex ante omnia iuris constitutiones
debet.
- 68 Verba Ciceronis pro Archia traduntur.
- 69 Et Zafij sententiā exponitur.
- 70 Præfatus summo prætorio, iura debet
scire.
- 71 De dignitate Præfecti prætorij multa pul-
chra referuntur. & nu. seq.
- 73 Cassiodori doctrina pronuntiat.
- 74 Dignitas Præfecti prætorio cæteras an-
tecellit.
- 75 Vt fuit Ioseph tempore Pharaonis.
- 76 Et dicitur. 3. cap. 3. verba traduntur.
- 77 Consideratur. l. 1. §. ideo itaq; de offi.
Præfect. præto. Afri.
- 78 Et §. hæc autem. in authen. vt Iudices si-
ne quoquo suffragio.
- 79 Princeps dicitur lex. Genes. 45. & nu.
sequent.
- 81 Præfatus prætorio togato homini sum-
ma dignitas. & nu. seq.
- 83 Gallia consuetudo in hoc.
- 84 Cassiodori sententiā.
- 85 Pharaonis historia. & nu. seq.
- 87 Huius dignitati nulla est æqualis.
- 88 Moyses Dei Cancellarius fuit.
- 89 Iosaphat Dauidis Cancellarius fuit.
- 90 Cuius exemplum Reges sequuti sunt.
- 91 Alexander Seuerus Vlpianum habuit.
- 92 Et Nero Senecam.
- 93 Et Carolus quartus Bartolum à saxo fer-
rato.
- 94 Quod Principes merito faciunt.
- 95 Cassiodori sententiā refertur.
- 96 Præfatum prætorio, Præsidentem His-

- pani appellamus.
- 97 In Regio Conſilio ſunt Iuris periti doctiſſimi.
- 98 Nihil abſurdius eſt, quàm quòd Præſes ſit illiteratus.
- 99 Conſideratio de hac re pulcherrima.
- 100 Obiectio diſſoluitur: & cõfirmatur. n. ſeq.
- 102 Elegans conſideratio adducitur. & nu. 103. & nu. 104.
- 105 Probationes contra præſumptiones Iuris, & de Iure, nõ admittuntur. & n. ſeq.
- 107 Exemplum populi Romani proponitur.
- 108 Deploratur temporis vicifſitudo.
- 109 Iura de recufationibus quomodo intelligantur.
- 110 Quales futuri ſint Auditores Regij, ſanctè proponitur. & nu. ſeq.
- 112 Conſultiſſimè fecit Chriſtianiſſim⁹ noſter Rex, huic dignitati præficiendo Didacum ab Spinofa, virum nõquàm ſatis laudatum.
- 113 Quem quoq; præfecit ſummo prætorio Inquiſitionis, & Romanus Pontifex approbauit.
- 114 Collectio ex ſuperioribus.

RE G I B V S etiam Maieſtatem Principis armatã eſſe oportere, Imperator ait: & meritò de Maieſtate Principis, non de ipſius Regia perſona id ſtatuit: licet enim notum ſit, pleroſq; Principes, iuris peritiã habuiſſe: vt de Antonino Philoſopho Imperatore inquit Iulius Capitolinus in hæc verba: Studuit & iuri, audiens Lucium Voluſium Metianum: tãtumq; operis & laboris ſtudijs impendit, vt corpus afficeret, atq; in hoc ſolo pueritia eius reprehenderetur. Què Voluſium Metianũ,

diui fratres, Verus, & Antoninus, ſummè commẽdant. vt inquit Iureconſul. in. l. diui fratres. ff. de iure patrona. ibi. Voluſius Metianus amicus noſter, & iuris ciuilis præter veterem & bene fundatam peritiã anxie diligẽs.

2 ¶ I D E M legimus de Sergio Galba, teſte Suetonio, in hæc verba: Inter liberales diſciplinas attendit, & iuri operam dedit.

3 ¶ D E Iuſtiniano quoq; Imperatore, Proœmij huius cõditore, literatiſſimum eum fuiſſe, teſtatur Hieronymus Cagnolus in repeti. rubri. Proœmij. ff. nu. 35. verſ. ſed pace iſtorum ſalua. contra Laurentium Vallam, Alcia. & Budæum: inquit enim, pace eorum ſalua, fuiſſe Iuſtinianũ virum maximi diuiniq; ingenij, ac ſplendidæ doctriinæ: nec eſſe veriſimile, tam immenſum admirabileq; opus, vt eſt Iuris corpus, tanta perfici curaret diligẽtia, niſi & literatiſſimus fuiſſet: cum ignorantibus, & analphabētibus, literarum curam minimè habeant, iuxta vetus adagium: Nihil cum ſidibus Graculo: nihil cum Amaracino Sui. vt ad calcẽ Atticarum Noctium ponit Gellius, vt ibi latius per eum.

4 ¶ Q V A ratione attendita, idem vide

videtur dicendum de Iulio Cæſare, qui Ius Ciuile ad certum modum redigere, atq; ex immenſa diſfuſaq; legum copia, optima quæq; & neceſſaria, in pauciſſimos conferre libros deſtinabat: & talia meditantem, mors præuenit. vt inquit Suetonius in eius vita. nu. 44. verſ. nam de ordinanda. tex. in. c. fuerunt. 7. diſtin. & pro Hieronymi aſſertione adduci poteſt. l. fi. in princ. ff. quod metus cauſa. c. quia veriſimile. extra. de præſumptionibus. non tamèn ea ratione concludendum videtur ita eſſe. ſ. non hoc cum materia. & illic amplè Iaſac Decius. C. de collatio.

¶ I L L V D tamen quod de Iulio Cæſare dixi, ex eodem Suetonio, in eo. Cæſare colligi videtur: inquit, eum Ius ſeueriſſimè ac laborioſiſſimè dixiſſe: atq; ex his quæ inquit Cicero. 2. de Officijs: Iulium Cæſarem grauius & indignius exceſſiſſe: qui cum omnes ſuperiores, quibus honore par eſſet, ſcientia facile vicifſet, eius tẽpore uſurpationeq; dominij, vt honores, vt omnes dignitatis gradus: ſic etiam ſcientiæ iuris ciuilis ſplendor delectus fuit: refert Lucas de Pen. in. l. i. C. de deſertoribus & occultato. eorum. lib. 12.

6 ¶ A L I O S autem Principes legimus, nõ iuris peritos, ſed copia iuris peritorum præexcellentes: vt de Alexandro Seuero inquit Lampridius, in hæc verba: Et vt ſcias, qui viri in eius conſilio fuerint: Fabius Sabinus Sabinus inſignis viri filius, Cato tẽporis ſui, Domitius Ulpianus iuris peritiſſimus. Aelius Gordianus Gordiani imperatoris pater & ipſe re vera vir inſignis. Iulius Paulus iuris peritiſſim⁹, Claudius Venatus orator ampliſſimus, Pomponius legum peritiſſimus, Alphenus, Africanus, Florentinus, Martian⁹, Calliſtratus, Hermogenes, Venuleius, Triphoni⁹, Metianus, Celfus, Proculus, Modesti⁹. Hi omnes iuris profeſſores, diſcipuli fuere ſplendiſſimi Papiniani, & Alexandri Imperatoris familiares & ſocij, vt ſcribit Acholius, & Marius Maximus. Catilius Seuerus cognatus eius vir omnium doctiſſimus, Aelius Serenianus omniũ vir ſanctiſſimus, Quintilius Caius Marcellus, quo meliorem ne hitoriæ quidem continent. Hi tot ac alijs talibus viris, quid mali potuit cogitari, vel fieri, cum ad bonum conſentirent? Et eos quidem malorum cohors depulerat, qui circumuenerant Alexandrum primis diebus, ſed prudentia iuuenis his malis occiſis

atq; depulſis; amicitia iſta ſancta conualuit. Hi ſunt qui bonum Principem ſuum fecerunt: vt ibi per Lampridiū ad finē eius vite.

- 7 ¶ D E eodem quoq; Alexandro inquit Eutropius de geſtis Romanorum; in eius vita, quam ſuo cinctē pertrāſit; Aſſeſſorem habuit vel ſcriniꝝ magiſtrum Vlpianum iuris cōditorem. Et hac ratione; ſecūndū ynam expoſitionem; dicuntur Principes habere iura in ſcrinio pectoris. vt in. c. i. de conſtitutionibus. li. 6. & in. l. omnium. C. de teſtamento. non quōd Principes ſint iuris periti; ſed quia copiam iuris peritorum ſecūm habeāt, in ſuo ſcrinio; id eſt in ſua Curia. quia debent egregijs Doctōribus abundare, cum quorum prudentia loquātur. Ita Salicetus & Corneus in ea. l. omnium. ad idq; tex. elegans in. l. iuris peritos. ff. de excuſatio. tutor. & vltra omnes eſt text. hic, dum inquit: Maieſtatē Principis legibus armatam eſſe oportere: cum tamen de Principis perſona non loquatur, vt ſuperā traditum eſt, & inferius tractabimus. Moderni enim Principes ignorāt iura: ſed ea in ſcrinio pectoris habere dicūtur, propter eos qui ſunt in Curia Principis. Et ita dicunt Doctōres, teſte Corneo poſt Raphaēlem, in ea. l.

omnium. C. de teſtamento.

10 ¶ E A D E M Q V E ratione Princeps dicitur Philoſophiæ plenus: quia multos habet ſecūm ſapientes, & expertos Philoſophiæ legalis. l. penul. in verb. belliſſimum. C. ad Syllania. & quōd Princeps agit, toto iure teſte id agere dicitur: quia multos Conſiliarios habet. text. eſt cum ibi notatis in ea: l. omnium. vt verbis vtar. Andræ ab Iſernia, in. c. i. hic finitur lex Corradi. col. 3. nu. 10. Et alibi dicitur Princeps: prouidentiffimus, & iuris religioſiffimus, vt in. l. vnum ex familia. §. ſi. ff. de legatis. 2. cumq; oportere fieri iuris religioſiffimum, inquit text. hic. ibi. & fiat tam iuris religioſiffimus. de quo illic latius pertractabimus.

11 ¶ E T ita intelligo. elegātia verba Platonis, cuius ſententiam in ore Marci Antonini Philoſophi Imperatoris ſemper fuiſſe teſtatur Iulius Capitolinus, in eodem Caſare: Sententia, inquit, Platonis ſemper in ore illius fuit, aſferentis; florere ciuitates, ſi aut Philoſophi imperarent; aut Imperatores philoſopharentur.

12 ¶ E T quanq; elegātiffima illa lege Regia. 16. ti. 5. Parti. 2. ſtatutum ſit, Principes curioſos eſſe debere

debere in ſcientijs addiſcendis, vt de Dauid, Salomone, ibi ſcriptum eſt: cuiſq; legis generalia verba intelligit ibi nouus Commentator, vir doctiſſimus, tam de ſapientia, quæ eſt de æternis, q; de ſcientia, quæ eſt de temporalibus, adducens Auguſtinum, 14. de Trinitate, ac beatum Thomam Secunda Secun. q. 9. art. 2. eius tamen legis verba conſilij, non neceſſitatis eſſe videtur, vt ex præmiſſis fatiſ compertū eſt: maximē propter peritiam, quā ſecum habent in Curia, ob multitudinem ſapiētum qui in ea morantur: cum quorum tractatu facile omnia ſcire poſſunt: iuxta text. illum elegantem in. l. ſi auiam tuam. ibi. ſi cum peritoriſ tractatum habuiſſes, facile cognoſceres. C. de ingenu. manumif. & quæ tradunt Iaſon, ac Decius, in. l. iuris ignorantia. C. qui admitti ad bonor. poſſeſſio poſſunt.

14 ¶ E X quibus omnibus apertiffimi iuris eſt, quanto in errore verſentur homines, qui literas neſciunt: quos aliter appellat glo. in. §. i. in verſ. neq; in Authenti. quomodo oporteat Episcopos. colla. 1. Pulchrē Albericus in Dictionario, in litera. I. & iuris ignari exiſtimantes ſola ratione naturali, ſine literis, poſſe

quem iudicare, inferentes ex hoc nec ad Reipublicæ gubernationem neceſſarios iuris peritos, ſed homines iuris ignaros boni intellectus, & bona ratione naturali præditos: qui quidem iuris ignari ſatis abundeq; ex præmiſſis obmutefcere poſſent, latius tamen exordiēdo eorum opinionem eſſe cōtra ius diuinum, contra ius ciuile, & canonicum, contra leges Regias, & contra rationem naturalem; & deniq; cōtra ea quæ hi viri quotidie, in his rebus cauſis, quæ eos tangūt, & eorum intereſſe, commodumq; vertitur: afferere operariq; ſoliti ſunt, peritorum auxilia anxie diligenterq; inuocantes: quæ in tanta re, vbi de totius Reipublicæ gubernatione agendum eſt, nō neceſſaria profitentur. ex his quæ ſubijciam euidentiffimē comprobabitur, exempliſq; maiorum.

15 ¶ E T primò, iure diuino. Scriptum eſt enim Deuteronomij. 1. c. vbi Moſes alloquēs populum Iſraël, ſic ait: Nō valeo ſolus negotia veſtra ſuſtinere, & pondus ac iurgia. Date ex vobis viros ſapientes, & gnaros. quibus præcepit: Quod iuſtum eſt, iudicate.

16 ¶ E T eodem Deutero. c. 17. loquēs de Rege, inquit: Poſtq; autem

tem federit in folio Regni fui, de-
fcribet sibi Deuteronomium le-
gis huius in volumine: accipiēs
exemplar à Sacerdotibus Leui-
ticae tribus: & habebit secum,
legetq; illud omnibus diebus vi-
tae suae: vt discat timere Domi-
num Deū suum, & custodire ver-
ba, & cerimonias eius, quae in le-
ge praecpta sunt. Nec eleuetur
cor eius in superbiam super fra-
tres suos: neq; declinet in partē
dexteram vel sinistram, vt lon-
go tempore regnet ipse & filij e-
ius super Israël.

17 ¶ R E G E M q; illū Affuerum,
ex more Regio, sapientes ei sem-
per adesse, eosq; interrogare so-
litum, eumq; cum consilio scien-
tium leges ac iura maiorum, cū-
cta facere solitum, legimus, He-
ster. 1. ibi. Interrogauit sapien-
tes qui ex more Regio semper ei
aderant, & illorum faciebat cun-
cta consilio, scientium leges, ac
iura maiorum.

18 ¶ V N D E Salomon ille Rex
sapientissimus, vt rectē Dei po-
pulum gubernaret: nō diuitias,
non gloriam, non vitam longē-
uam, sed sapientiam & intelligē-
tiam legum & iudicij à Deo pe-
tiit: vt aequitate & iustitia posset
populum disponere, & in dire-
ctione cordis iudicium iudica-

re. Sapien. 9. cap. & Paralipom.
2. cap. 1.

19 ¶ A C Roboan eius filium Reg-
num amisisse, quod consilium sa-
pientum contempserit, legimus
3. Reg. ca. 12. Et Michææ. 3. lo-
quens principibus Deus, inquit:
Nunquid vestrum non est scire
iudicium? ac si diceret, imò ve-
strum est.

20 ¶ I D E O Q V E Christus De-
us noster, non vnam, sed duas
clauēs Regni coelorum Petro com-
misit. In altera dedit ei potesta-
tem ligandi atq; soluendi: in al-
tera verò scientiam discernēdi,
vt legitur. 20. distin. in prin.

21 ¶ P E R sapientiam enim Re-
ges regnant, & legum condito-
res iusta decernūt. Prouerb. 8. c.
Imprudentes autem oderunt sa-
pientiam: & ideo risu & subsar-
natione digni sunt. Prouerb. ca.
1. Ac Deus ipse Opt. Max. repel-
lit eos qui scientiam repulerunt,
vt legitur Osee. 4. Nec voluit
quemq; fieri Iudicem, si non va-
leat virtute irrumpere iniquita-
tes, vt dicitur Ecclesiastici. 7.
hoc est scientia, vt glos. exponit.
Iudex enim sapiens rectē iudi-
cabit populum, & principatus
sensati stabilis erit. Ecclesiast.
decimo.

¶ I V R E

22 ¶ I V R E etiam Canonico, sen-
tentiam contra leges, constitu-
tionē sue latam, ipso iure nullā,
inquit tex. in. c. i. extra. de re iu-
dica. nec Iudicem quicquam ex
arbitrio suo facere oportere, sed
iuxta leges & iura pronuntiare,
statutisq; iuris obtēperare. Non
etiam propriae voluntati indul-
gere, cum in iudicādo magis cor-
di esse debeat custodia verita-
tis, quā obediētia propriae vo-
luntatis. disponit pulcher text.
beati Ambrosij, in. c. iudicet. 3.
q. 7. causasq; graues nō esse de-
legandas, neq; committendas li-
terarum ignaris, sed earum peri-
tia pollentibus, statuit tex. in. c.
1. de consanguinitate & affinita-
te. Summūq; Pontificem, tamen se-
cūdum eas viuere velle, text. ait. in
ca. iustum. 9. distin. & ca. sunt
quidam. 25. q. 1.

23 ¶ I V R E quoq; Ciuili præce-
pit Imperator, vt Iudices custo-
diant leges, ac secūdum eas, sen-
tentias proferant. §. illi autem. in
authen. de iudici. colla. 6. in fi.
ibi. quatenus disponere quae ex
legibus sunt, possit, ac omnimo-
dō sese cū veritate, & legum ob-
seruatione, iudicium esse dispo-
situros iurare debent. l. rem non
nouam. C. de iudi. Neq; exem-
plis eos, sed legibus iudicare iu-

bet. l. nemo. C. de senten. & in-
terlocuti. om. Iud. neq; secūdum
propriae conscientiam, sed se-
cūdum leges, & secūdum al-
legata & probata. cap. 1. & illic
Doctores. de officio ordi. Iason
in. §. si minus. col. 3. in fi. & seq.
Institu. de actionibus.

24 ¶ V N D E non immeritō Ser-
uium Sulpitium à Quinto Mutio
Scaeuola obiurgatum, legimus,
quod ius, in quo versabatur, ig-
norasset. l. 2. §. Seruius autē Sul-
pitiū. ibique Hieronymus Cag-
nolus post Zasium. ff. de orig. iu.
Maximum enim vitiū Reipub.
erit, eis lites committere, qui ex
se nesciunt quid agendum sit: &
permittere vt ab alijs quærant,
& discant quae ipsos inter iudi-
candum eloqui decet. §. illi autē.
in authen. de Iudicibus. cū fa-
cile decipi & circumueniri pos-
sint illiterati. Et cū nequeant
probare contrarium, quod eis
opponitur. §. nos autem. in au-
then. de tabellio. merito æqui-
parantur cæcis, cū oculis men-
tis & veri intellectus careant. c.
post translationem. extra. de re-
nuntiatione. Iudicem enim non
aliter iudicare debere, quā vt
legibus, aut constitutionib; pro-
ditum est, inquit tex. in. §. 1. Insti.
de offi. Iudicis. eisque ita adhæ-
rendum, vt etiam Principes secu-
lares

lares indignum putent, tametsi legibus soluti sint, ab eis recedere, ac eos secundum leges velle viuere. decernit. l. digna vox. C. de legib.

25 ¶ P R A E T E R E A iure Regio idem statutum legimus. l. Regia. 3. tit. 4. 3. Partit. vbi inter alia quibus Iudicem præditum esse oportet, peritia recte iudicandi lites, & iurgia sua scientia. text. ait. Et quanquam; ibi ponantur alia verba, scilicet, vel vsu longi temporis, iuxta. l. certi iuris. C. de iudicijs. tamen eo casu tenetur habere assessorem, qui scientiæ defectum suppleat, vt inquit ibi gl. noua, referens Dominicum, qui idem ait in summa. 20. distinct. & est crebrior apud docentes opinio, in ea. l. certi iuris. Ad idem bonus tex. in. l. 1. tit. 15. li. 2. Ordina. pulcher tex. in. l. Regia. 4. tit. 4. li. 1. Ordina. textus elegans in Procemio tituli. 3. li. 2. Ordina. ibi. (Digna cosa es à la Real Magestad, su loable costumbre, tener sabios, y varones de consejo cerca de si: y hazer ordenar todas las cosas por consejo de los que leyeron los derechos y leyes, y an esperiencia de los hechos y negocios.) cum alijs iuribus, quæ hinc inferere, potius esset laboriosum quam subtile. & videnda hodie pulchra glosa

noui Commentatoris, in. l. 1. 18. tit. 9. 2. Partita.

26 ¶ V L T E R I V. S ratione naturali, hæc assertio comprobatur, iuxta. l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excusatio. tutor. Nul- li enim non patet, hominem iuris peritum, si aliàs sit sani intellectus, excellere hominem iuris ignarum. argu. tex. in ca. 1. de treug. & pace. l. re coniuncti. ff. de legat. 3. l. triplici. ff. de verbo. signifi. Primus enim suo sensu ac intellectu, coniuncta iuris peritia, altius, melius, verius, ac rectius, omnia considerabit, ac ius suum unicuique tribuet. Alter autem, etsi aliquando recte iudicet: potius casu, quam peritia fecisse, censebitur.

27 ¶ C V M enim Iudex dicatur, quasi ius dicens. c. forus. extra. de verbo. signifi. l. 1. ff. de iurisdic- tio. omni. Iud. atque etiam locus iudicij dicatur locus iuris, vel Ius. l. ius pluribus. ff. de iusti. & iu. Iudicemque iura seruare oporteat, aliàs eius sententia sit nulla. c. 1. extra. de re iudi.

28 ¶ Q V O nam pacto iuris ignarus hæc omnia seruare poterit, cum neminem dare quod non habet, tutum sit: quia (mal da qui non ha, dize la campana de San Pedro

Pedro.) vt inquit Bartol. in. l. si vniuersæ. ex ea litera C. de legat.

29 ¶ P R A E T E R E A cum in causis decidendis ordo iudiciorum seruari debeat. c. in causis. de re iudica. l. prolatam cum materia. C. de senten. & interlocu. om. Iudi. quis erit magister huius ordinis, qui iuris est, cum discipulus esse non norit. c. cum in magistrum. extra. de electio.

30 ¶ I T E M si per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellere debet Iudex, vt est tex. elegans hic. ibi. per legitimos tramites. & illic latius pertractabo, qui erunt legitimi tramites Iudicis imperiti, & legum ignari.

31 ¶ P R A E T E R E A, cum multa debeat arbitrari, & arbitrio suo decidere: arbitrio, inquam, legibus munito, non proprio: cum casus, arbitrio Iudicis relictus, iuris dispositione sint terminandi. vt scribunt Antonius, & Cardinalis, in. c. vt debitus honor. extra. de appellatio. Hippolyt. in. l. quæstionis modum. ff. de quæstionib. pulcher tex. in. l. Thais. §. sorore. ibi. non spectandum quod hæredibus displiceret, sed id quod bono viro posset placere. ff. de fidei commissar.

libertate. quo arbitrio vtetur iuris ignarus in causarum decisione.

32 ¶ C V M enim, vt Baldi verbis vtatur, duos sales habere debeat Iudex: salem scientiæ, ne sit insipidus: & salem rectæ conscientiæ, ne sit diabolicus: verba sunt pulchra Baldi, in. l. hac lege. col. 2. vers. scias tamen. C. de senten. ex pericul. recitan. Si proprio arbitrio vti voluerit, id ei prohibitum est. c. ne innitaris. extra. de constitu. Si iuris pelagus intrare voluerit, iuris ignarus est: nec secundum iura arbitrium suum interponere poterit. Quid igitur agendum est? Certè illud adagij: Tractent fabrilia fabri. & Ne sutor ultra crepidam. atque illud: Quid Musis cum Marte. l. fina. cum ibi traditis. C. de iure deliberandi.

33 ¶ S V A E enim artis vnique & authorem, & disputatorem optimum esse, ne dubitemus. Quintus Scæuola clarissimus legum vates, & certissimus, quotiescunque de iure Prætorio consulebatur, ad Furium, & Cassellium, quia huic scientiæ dediti erant, consultores reiciebat: quo quidem facto moderationem suam magis commendabat, quam authoritatem minuebat: ab his negotium aptius explicari posse confi

confitendo, qui quotidiano eius
vfu callebant. Mirificè & ille ar-
tífex, qui in opere suo moneri se
à futuro de crepida, & anfulis pa-
ffus: de crure etiã disputare in-
cipientem, supra plantam ascen-
dere vetuit. vt hæc & alia scribit
Valerius Maximus lib. 8. tit. 13.
Sapiētissimi enim artis suę pro-
fessores sunt, à quib⁹ & propria
studia verecundè, & aliena cal-
lidè æstimantur. vt illic Valeri-
us ait.

34 ¶ P R A E T E R E A hi viri
confundi possunt, eò quòd in re-
bus proprijs, vbi aliqua lis, seu
disceptatio oriatur, etiam in mi-
nimo: eorum modus loquendi,
ac verborum series est, Consula-
mus literatos, & iuris peritos: &
rectè quidem, ac prudētium mo-
re. Consi. tex. in .l. si auiam tuã.
C. de ingenuis manumif. Si igitur
in proprijs, quantumcūque
minimis, hæc prudentia vti so-
lent, nec propriæ prudentiæ in-
nituntur: Quid est, quòd in tan-
to discrimine, in tanta negotio-
rum caufarumq; varietate, in to-
tius, tantæq; Reipub. guberna-
tione ac moderatione, iuris ig-
naros sufficere existiment? con-
tra id quod ipsi quotidie asserūt
ac operantur, in proprijs, quod
nimis indignum est, iuxta .l. ge-
neraliter. C. de non numer. pe-

cu. & ca. per tuas. extra. de pro-
batio. ac contra ea quæ ipsi viri
hæc asserētes, alijq; id genus ho-
mines, ac reliqui omnes facere
soliti sunt. l. quòd si nolit. §. quia
as idua. ff. de ædili. edicto. l. vel
vniuersorum. ff. de pignora. a-
ctio. & denique contra id quod
quotidie fieri assolet. l. certi con-
ditio. §. si nummos. ibi. quotidie.
& illic amplè Iason, & Decius. ff.
si cert. peta. l. vt liberis. in verb.
vt fieri assolet. & ibi vterque Ia-
son, & Decius. C. de collatio.

35 ¶ H I profectò nihil aliud a-
gunt, quàm propria, summo stu-
dio, summaque prouidētia con-
seruare, in proprijs summa vigi-
lantia elaborare, propria sibi ac
successoribus firma, ac à iurispe-
ritis tractata, relinquere: vt si
quando de eis disceptetur, obni-
xè, instanter, importuneq; asse-
rant (vt sæpe vidi & audiui.)
Hæc res habito peritorum tra-
ctatu, acta est, quasi firmum ac
stabile fundamentum: alia autē
quæ Monarchiam totius Regni,
ac mundi tangunt, paruipende-
re: & in eis iuris peritos non ne-
cessarios, asserētes vniuersalem
Regni gubernationem, secus ac
propriam tractare: milites ciui-
lis militiæ, ac eorum summos la-
bores, summasq; vigilias, pro-
prijs rebus, totoq; orbi, ita ne-
cessa

cessarias sub literatorum nomi-
ne, sine quib⁹ viuere non audēt,
& quos, vt Medicos ad salutem
corporis, ita ad patrimonijs con-
seruationē passim accersire, so-
lent denigrare legum peritiam,
quam Imperatores, ac legum la-
tores tãti habuere: vt hic patet
in verb. legibus armatam. & in
l. i. C. de Iustiniano C. confirmã.
& in .l. aduocati. C. de aduoca. di-
uersi. iudicio. virosq; quos prop-
ter iuris peritiam, Imperatores
amicos vocant. vt in .l. diui fra-
tres. ff. de iure patrona: & paren-
tes. vt in .l. secundum respõsum.
C. de contrahen. & committen.
stipula. de quo videndus singula-
riter Cynus in ea. l. ex diui. C. lo-
catis. & in qua addiscenda, curio-
sos esse debere etiam Principes:
hilla Regia. 16. tit. 5. Partit. 2. scri-
ptum sit, ad nihilum deducere.

36 ¶ I T A vt nihil aliud esse vi-
deatur horum error, vel indigna-
tio, vel vt verius loquar, vtrūq;
(quo nihil peius in rebus huma-
nis) q; velle Iustitiam, ac eius cu-
stodes, ministrosq; qui eos legi-
bus ac autoritate Regia hone-
stè viuere, alterum non lædere,
& ius suum vnicuiq; tribuere do-
cent: iuxta §. iuris præcepta. In-
stitū. de iusti. & iu. expellere, ex-
terminare, & ad Indos mittere:
& tandè sine legibus, ac Iustitia

viuere:

37 ¶ Q V O D prohdolor eueni-
re existimo, propter multitudi-
nem, parū, vel nihil in hac profes-
sione studētium, ac assumētium
nomina congruentia Iuris perit-
tis. Multitudo enim alicui⁹ artis
parit contemptum. argu. l. me-
dicus. ff. de operis libertor. & in
c. i. & quod ibi pulchrè Panor.
extra. de priuilegijs. & illud tri-
tum, Omne rarum pretiosum. c.
legimus. 93. distin. & miraculo-
sum. l. si maior. C. de legitimis he-
redi. Pulchrè Andræas de Iserni
in ti. quæ sint regalia. in verb. &
bona cõmittentium. 1. col. post
princip. in vsib. feudorū. Omnia
enim præclara rara: nec quicq;
difficilius, q; reperire quod sit
omni ex parte in suo genere per-
fectum, Cicero in Lelio. In omni
enim arte, vel studio, vel quauis
scientia, optimum quidq; rarissi-
mum, Idem. 2. de finibus. Et, quò
quid difficilius, eò præclarius,
idem Cicero. 1. Officiorum.

39 ¶ E X E M P L I S q; Maiorū, ex
his quæ supra tradidim⁹ de Lã-
pridio in Alexandro Seuero, ac
de Eutropio in eodem Cæsare, sa-
tis compertum est: atq; ex Iulio
Capitolino in Antonino Pio, in-
quit enim: Multa de iure sanxit,
vsiusq; est iuris peritis, Vindio Ve-

ro, Saluio Valente, Voluffo Me-
tiano, Vlpio Marcello, & Iabo-
leño.

40 ¶ **Q V I B V S** añectendum
est illud Xenophontis li. 4. de fa-
ctis & dictis Socratis: qui idem
esse ait, iustum virum, & legibus
obtemperantem. Et post alia, in-
quit: Quem ciuitas digniorẽ pu-
tet magis, quam qui legibus pa-
reat? tum à quo magis parentes,
propinqui, familiares, noti, ci-
ues, aduenæ, assequentur quæ of-
ficij sunt: cui socij magis credat,
aut principatũ, aut ciuitatis cu-
stodiam, quam legibus parenti?
Et inferius: Qui legibus obtem-
perant, num hi iusta faciunt? Ma-
ximè. Quicumq; igitur ea fece-
rit, quæ leges præceperint: iusta
& quæ decet faciet? Quid ni? Ar-
bitraris ne igitur quosdam obtẽ-
perare posse legibus, ignaros eo-
rum quæ leges præcipiant? Mi-
nimè. Hæc ille.

41 ¶ **E T** Cicero in oratione pro Ce-
cinna: Nihil in ciuitate tã diligẽ-
ter retinendum est, q̃z Ius ciuile:
quo sublato, nihil cuiq; explora-
tũ esse potest, quid suũ, aut quid
alienũ sit: nihilq; sit, quod quisq;
se habere certum, aut à patre ac-
cepturum, aut liberis relicturũ
arbitretur. Ideoq; qui Ius ciuile
contemnẽdum putat: is vincula

reuellit, nõ modò iudiciorũ, sed
etiam vtilitatis, vitæq; cõmunis:
Qui autem in hac disciplina con-
spicui euadunt: patrie, parenti-
busq; claritatem conferunt: pu-
blici, priuatiq; decoris specimen
gerũt: vrbes & populos æquita-
te, iustitiãq; moderantur: in au-
genda administrandaq; Repub.
iustitiæ æquilibrio innocẽter, &
sine cuiusq; iniuria, versari no-
runt. Iuris etiam prudentiã, non
modò in publicis actionib9, sed
etiam in priuatis quibuscunq; ne-
gotijs, in amicorum suffragijs, in
cõmertijs cũ hominibus coeun-
dis, esse q̃z maximè necessariam,
omnibus compertum est. Hæc
ad componẽdũ hominum vo-
luntates, sub iusti, æqui obseruã-
tia, non quidem mortalium in-
stitutis, sed diuina suggestione
processit.

42 ¶ **DEMOSTHENES** etiam
legẽ esse ait, cui omnes obedire
debet: tũ propter multa & varia,
tum maximè, quia est inuentio
quædã, & donum Dei: decretũ
autem hominum sapientũ: cor-
rectio verò volũtariorum & nõ
voluntariorum peccatorum: Ci-
uitatis item compositio cõmu-
nis, secundũ quã omnes decet
viuere: regula iustorum & iniu-
storum. Cuius legis inuentio,
ipsi Deo tributa est: qui dedit
Mosi

Mosi in mõte Sinai tabulas lapi-
deas, & in eis legem scriptam, vt
edoceret populũ, Exo. 24. Postea
Phorone9 antiquus ille Rex, pri-
mus leges Græcis cõstituit. Mer-
curius item Trimegistus, prim9
Aegyptijs leges tradidit. Solon
autem, primus leges Atheniẽsi-
bus edidit. Licurgus, primus La-
cedæmonijs, ex Appollinis au-
thoritate, iura configit. Numa
Põpilius, qui Romulo successit,
primus Romanis leges præscrip-
sit. Horum authoritas ac antiqui-
tas, arguit Iurisprudentiæ, & hu-
ius legalis scientiæ maieftatem,
& antiquissimam authoritatẽ:
nec omittam legum duodecim
tabularum, earumq; latorũ præ-
stantissimam dignitatem: quam
fatis commendat Pomponius iu-
re consultus in l. 2. ff. de origi. iu-
ris: & beatus Isidorus in. c. fue-
runt. 7. distinctio.

43 ¶ **E T** vt idem Pomponius in-
quit in allegata. l. 2. ff. de origi. iu-
ris, plurimi & maximi viri iuris
ciuilis scientiam professi sunt.

44 Vnde non immeritò Plato eam
Regiam disciplinã nominabat.
Et ad eò huius scientiæ amore ra-
piebantur homines, vt quamuis
vnum pedem in sepulchro habe-
rent, adhuc tamen eam addisce-
re velle affirmarent. l. apud Iulia-
num. ff. de fideicommiss. liberta.

& hanc solam optimam viuendi
rationem esse dicerent. vt illic
textus ait, atq; ad præmissa. l. 2.
ff. de legibus.

45 ¶ **N E C** assertioni nostræ refra-
gatur, si quis asserat, imò imperi-
tos legum, experientia negotio-
rum pollẽtes, iudicare posse, cau-
sasq; dirimere. l. certi iuris. C. de
iudicijs. Id enim vt suprã dixi,
nu. 25. intelligẽdum est, dummo-
dò ex peritorum iuris consilio,
ac assessorum, legum peritia præ-
stantium, iudicẽt, ex cõmuni do-
centiũ sententia. in ea. l. certi iu-
ris. C. de iudicijs. atq; ex his quæ
Iason scribit in ead. l. col. 1. versi.
nota secundũ. C. de iudi. & est
casus elegans in .§. 1. in authen.
de iudicibus. & ibi text. rarus in
versi. quoniã. familiaribus Prin-
cipum accommodatus: quos de-
tentos curis quas apud Principẽ
habent: meritò iudiciorum cõ-
plere partem, per suorum præ-
sentiam assessorum, posse, ibi
cautum est.

47 ¶ **N E C** huic sententiæ obstat,
si quis asserat Iudicem non sem-
per astrictum legum obseruatio-
ni, cum ex causa possit leges trãs-
gredi, iuxta doctrinam Innocen-
tij, in. c. 1. de constituto. & aliorum
ibi, quod eius arbitrio commit-
titur, vt per Doctores.

- 48 ¶ T A L E enim arbitrium nō est simplex, sed legibus moderandum, inspectis circumstantijs & qualitatibus ipsius causę. Barto. & Bald. in. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notatur in famia. quod Iudici permittitur, vt suppleat legū defectum: qui quidem non potest sigillatim casus ipsos futuros & emergentes excogitare, nec rerū modos seorsum expendere. Ita Salycetus in l. etsi feuerior. C. ex quibus causis infam. irrogatur.
- 49 ¶ I N excutienda enim veritate, plura potest videre Iudex, q̄; lex: veluti vocem, sermonem, constantiā, vultū, trepidationem, & deniq; existimationem illius, a quo veritas eruenda est, vt ipsa in lucem emergat. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstionibus.
- 50 ¶ I T A etiam Iudex magis scire potest, q̄; lex: quanta fides sit testibus adhibenda, inspecta eorū dignitate, existimatione, sermone, & alijs. l. 3. ff. de testibus.
- 51 ¶ S I C in pœnis infligendis, vt eas augeat, vel minuat Iudex, circumspectionem eius. l. desiderat. vt per Bart. in dicto. §. pœna grauior. vt ex causa, persona, loco, tempore, qualitate, quantitate, & euentu, pœnas metiatur. l. aut facta. ff. de pœnis. Non enim omnia poterant legibus comprehendere, cum plura essent negotia, q̄; vocabula. l. non possunt. ff. de legib. l. 3. ff. de præscriptis verbis.
- 52 ¶ I N his enim omnibus Iudices iura sequuntur: cum a iure eis hæc potestas tribuatur: & arbitrium eis concessum, secundum leges, censeatur: non eis abutendo, vt in simili traditur per Angelum & Hippolytum in. l. qui eadem. ff. de sicar. vbi licet Iudex propter sedandum tumultū populi, possit accelerare exactiōnem pœnarum. per illum tex. nō tamen propterea debet innocentem punire, contra. l. absentem. ff. de pœnis.
- 54 ¶ V A N A E enim voces populi, non sunt audiendæ. cap. Osius Episcopus. extra. de electione. l. decurionū. C. de pœnis. vbi glos. inuehit contra Pilatum. de cuius iniustissima sententia videndus est Chassenæus in suo Cathalogo gloriæ mundi. 4. parte. 6. consideratione.
- 55 ¶ A R B I T R I V M enim Iudici concessum iuri consonū esse debet. l. codicillis. §. fi. ff. deleg. 2. l. i. C. de sacrosanct. Eccle. iuncta l. testandi. C. de testamentis. & l. nemo potest. ff. de legatis. 1. pulchrior

- pulchrior text. in. l. i. ibi. arbitrio suo. & ibi. ita tamen vt legem non offendat. ff. de vsuris. bonus text. in. l. Thais. §. sorore. ff. de fidei commissa. liberta. Hinc dixit Bald. in. l. fi. C. de pœna Iudicis qui male iudicauit. col. 2. verfi. non tamen Iudicem debere sequi regulas legum, & non consciētiam suam, quæ legibus aduersatur. tradit Iason in. §. sed iste. penul. & vlt. col. Institut. de actionib.
- 56 ¶ Q V I enim habet potestatem disponendi secundum consciētiam, non debet sequi propriam consciētiam, sed publicam. textus est iuncta glos. in. c. iudicet. 3. q. 7. voluit Cyn⁹ in. l. quisquis. C. ad legem Iuliam maiefta. Bal. in. l. 1. col. 12. in prin. C. de his qui accusari non possunt. cum similibus, quæ tradit Hippoly. in practica causa. criminal. §. diligenter. nu. 24.
- 57 ¶ E T casus arbitrio Iudicis relicti, iuris dispositione sunt regulandi. vt per Antonium, & Cardinalem, in. c. vt debitus honor. extra. de appellationibus. post glo. in verb. ex rationabili causa. Bartol. in extrauagan. ad reprimendum. in verb. videbitur. Ludouicus Roma. Consil. 20.
- 58 ¶ E T plures casus qui Iudicis arbitrio relinquuntur, ponit Hippolytus in. l. quæstionis modū. a nu. 1. vsq; 63. ff. de quæstion. & illic nu. 68. inquit: Arbitrium Iudicis debere esse iuri & æquitati congruum, alias non valere. vt ibi fusius per eum.
- 59 ¶ N E C obstat præterea, quod literatorum contemptores aiunt, Iuris peritos ire per cauillationes & perniciosas subtilitates, a suis legibus extractas: earum verò ignaros, bono iudicio, & ex æquitate iudicare, seu ius dicere. Hanc enim sententiam, eorumq; leuem considerationem, Paulus Castren. eleganter deridet, vt vtar verbis Iurisconsulti in. l. sed an vltro. ff. de negotijs gestis. Inquit enim in. l. i. in prin. ff. de iusti. & iur. quod a Iurisperitis melius cognoscitur, quid sit æquum: quid etiam rigor, qui est contrarij æquitati, quam ab imperitis. Iuris periti enim habent duplicem notitiam: ad dignoscendum, ac discernendum, scilicet, naturæ, & artis. Imperiti aut si quo pollent iudicio: id habent a natura tantum sine arte: & cum careant doctrina, sapius ex fiducia sui, iniugas proferunt sententias: vnde necesse est eos falli, passim suę prudentiæ innitentes: cōtra Salomonis cōsiliū, in. c.

ne innitaris. extra. de constitut.

60 ¶ C V I adiiciendum est, quod qui miscet virtutem arti, & artem rursus virtuti: illam huius impetu, scilicet, artis, fortiorē: & hanc, scilicet, artem, illius scientia, id est, virtutis, cautio- rem reddit, teste Valerio Maxi. lib. 2. de institutis antiquis. in eo. c. dū agit de P. Rutilio, & C. Mal- lio Consule.

61 ¶ N E C silebitur, oportuisse, nō Iudicis arbitrio, sed legi sub- iijci ea quæ diffinienda sunt in iudicio. Quia licet homini insit à natura aptitudo quædam ad virtutem: perfectio tamen vir- tutis requirit disciplinam scienti- æ, & doctrinam: vt quod sibi deest à natura, suppleatur ab ar- te: quemadmodum subuenitur necessitatibus hominum in victu & vestitu, per hominis industri- am. Nam, vt omnibus patet, ac vniuersis notum est, etsi Deus sit omnium bonorum largitor: fru- ctum tamē nostrę industrię que- rit. Dat ille nobis quæ ad corpo- ris & animi vitā necessaria sunt: in his tamen dandis, arte & in- dustria nobiscum vtitur, vt no- stro ingenio locum relinquat, & exercitio nostri laboris, cui nati- sumus, sicut avis ad volandum. vt pulchrē tradit Gregorius in

Moralib. li. 6. c. 7. Dat ille nobis non panes coctos quibus vesca- mur, sed triticum, quo panes ef- ficere possimus. Dat nobis rude lignum, ad ædificandæ domus structuram: illud tamen dolan- do, aptare ædificio, ad nostri in- genij industriam spectat, iuxta antiquum Prouerbiū: Deus fa- cientes adiuuat. & illud: Adu- ua te, & adiuuabo te. Cū igitur ad hanc disciplinam virtutis capescēdam indigeat homo do- ctina & arte: necesse fuit ius cō- dere, & Iurisprudentiæ operam dare: vt siue spe præmij, siue me- tu pœnæ hortarentur homines ad bonum, & à malo se cohibe- rent. c. factæ sunt. 4. distin. Præ- terea cū ex diuturna conside- ratione, & plurimorum sapien- tum maturo cōsilio, quid sit re- ctius, quid rectum & bonum in- spiciamus. c. ponderet. 50. dist. q̄; ex præcipiti iudicio. vt ibi. quis nō verissimum existimauit rectius negotia ex legis scriptæ sententia, à tot sapientibus olim cunctis sollicitè circūspectis, edi- ta, q̄; ex celeri vnius aut alterius hominis iudicio, & ex casibus su- bito exortis, terminanda. vt in- quit Aristotel. 1. Rhetoric. Lu- cas de Pen. in. l. 1. col. penul. C. de mendicantibus. Valerius li. 11. præcipuē quia legumlatores vniuersalia & futura respiciunt

citra

63 ¶ citra motum aliquem animi, se- posito amore, odio, timore, & cu- piditate. Arbitrium autem homi- nis sæpe his agitur affectibus, & à veri tramite deuiare solet: vnde necessarium fuit quid iudi- candum esset, lege scripta defini- re. vt elegātissimē scribit Floria- nus, in rubrica. ff. finium regun- dorum. & ante eum Aristoteles, cuius ipse meminit. 1. Politicorū.

64 ¶ H I S etiam adiiciendum est, quod Alciat. vir ille rarus scri- bit li. 1. Parerg. c. 30. Tranquillus (inquit) in Caligula, de iuriscon- sultis, quasi scientiæ eorū omnē vsum aboliturus, sæpe iactauit se effecturū, ne quid respōdere pos- sent præter æquū: hoc videli- cet significās, iuris scripti libros se aboliturum, quod immanissi- mi tirāni, scilicet, Caligulę dictū habet etiam num declamatores aliquos, quibus maximē arrideat, quorum in iure consultos eadē sunt vota, que Libitinariorū. De quo Libitinariorum voto, vltra Alciatum, videndus est pulchrē Budæus in Annotationibus in Pādectas, in. l. quicūq; ff. de insti- tor. actio. In medicos, sublato e- nim iure scripto, quid aliud supe- rerit, q̄ vt omnes pro stultitię sug- captu iudicent: sentētiasq; in eu- iusq; gratiā, vel odium, arbitra- tu suo ferant: vniuersaq; litium

trichis inuoluant? & Terentius in Heautontim. Quid cum illis agas, qui neq; ius, neq; bonum, atq; æquū sciunt? Melius, pe- ius: profit, obsit: nihil vident, ni- si quod lubet. Legum enim peri- tia, est iuris ipsa prudentia, quæ diuinarū atq; humanarum re- rum est notitia, iusti atq; iniusti sciētia. l. iusti tia. ff. de iusti. & iu. & à legibus discedi, indignissi- mum putat Cicero in Oratione pro. A. Cluentio. Cū ius ciui- le vinculum sit dignitatis, funda- mentum libertatis, fons æquita- tis, mens, animus, & consiliū ci- uitatis. vt enim corpora nostra sine mente, sic Respublica sine le- gibus constare nō potest. Et in summa ait: legum nos idcirco seruos esse, vt liberi esse possim. Nam omnia commoda nostrā, iura, libertatem, salutem deniq; à legibus obtinemus: his homi- nes committant fortunas, libe- ros, coniuges, bona atq; huma- na omnia. Et meritō quidē, cū iustitia quæ leges peperit, non pars quædam virtutum, sed tota sit virtus: & in se hæc vna omnes virtutes complectitur. Futurus igitur Iudex operā dare debet, vt legum constitutiones ante omnia discat, & mente firmiter teneat. vt inquit Plato li. vltimo de legibus

68 ¶ **N O N** tamen præmissa ita absolutè intelligenda sunt, vt omnium illiteratorum iudicio penitus detrahendum sit: nam vt in medium afferam verba Ciceronis, in Oratione pro Archia poëta: Ego multos homines excellenti animo ac virtute fuisse, & sine doctrina, nature ipsius habitu prope diuino, per se ipsos moderatos, ac graues extitisse fateor. quorum tam rarus inuenitur numerus, vt dici possit illud Vergilianum:

*Hoc opus, hic labor est, pauci quos
æquus amauit
Iupiter, aut ardens euexit ad æthera
virtus.
Dij's geniti potuere, viri non sortis ini
qua.*

69 ¶ **I L L V D** etiam adiungo: Sæpius ad laudè atq; virtutem, naturā sine doctrina, quam sine natura valuisse doctrinam. Illud tamen certo certius est, cum ad naturam eximiā, atq; illustrem, accessit ratio quādā, confirmatioq; doctrinæ: tum illud præclarum ac singulare solere existere.

orig. iuris: agens de. C. Scipione Nasica. in verb. optimus.

70 ¶ **E X** his euidenter colligendū est, qd apud me nec dubitationis est, Præfectum summo prætorio, Præsidentemq; Consilij Regij, siue ei Consilio Præsidentē, legibus armatum esse oportere.

71 ¶ **A D** cuius rei euidentia, præmittendum est, dignitatem hanc Præsidentis Regio Consilio, instar esse eius, quam olim Præfectus prætorio gerebat: quam hodie apud Gallos, magnus Cæcellarius gerit, teste Budæo in Annotatio. in Pandect. in. tit. de officio præfec. prætor. ff. vbi eo auctore legū præsidium, iuris asyllum, morum, institutorumq; veterū ara, æqui boniq; columen, appellari potest, atq; etiā esse debet, ipse Præses, vel Præfectus prætorio: cum norma sit omnium iura reddētium: cum in omni ferme parte cōstituendæ Reipublicæ, Principis vicem implere, aut certè obtinere credatur: cum eius ore facundi Reges esse soleant: eius oculis omnia circumspicere ac perlustrare credatur: ne quid vsq; appareat non suo loco positum: cuius auribus plenam ac iustam operam postulatoribus dare didicerunt: cum deniq; Principis assessor, dux Consilij & frenum

nū dicatur: qui præ ceteris noscere debet Regij cordis archana. vt eleganter per Lucam de Pen. in rubri. C. de quæstori. li. 12.

72 ¶ **E T** Cassiodorus li. 5. epistolarum, epistola .4. in persona Imperatoris loquens, de hac præfectura ait. Quos ad hoc culmen euehimus, doctissimos existimamus: quales legum interpretes, & Consilij nostri decet esse participes.

73 ¶ **E T** alibi dicit idem Cassiodorus. 6. variarum. Talem esse oportere quæstorem, qualem decet imaginè Principis portare. Nam si eum causam gestis audire cōtingat: quæ authoritas erit linguæ, quæ sub oculis regale genus possit implere? Adesse debet ei sciētia iuris, & cautela sermonis, vt nemo reprehendat, quòd Principem constiterit censuisse: quem refert latius Lucas de Pen. in ea rubri. C. de quæsto. lib. 12.

74 ¶ **E T** dignitatem hanc ceteris dignitatibus anteferri. l. 1. C. de offi. vicar. Principisq; reuerentiā representare, vt illic notatur: Principis vicarium esse, & præfectum prætorio, id est, auditorio Principis: sicut fuit Ioseph tēpore Pharaonis in Aegypto: quem

ipse Pharaon vno tantum Regni folio præcedebat: & absq; sui oris imperio, nullus manum aut pedem mouere poterat in Aegypto. vt dicitur Gen. 41. Ad quod etiam illud Esdræ. 3. c. 3. ibi. Et secundo loco sedebat à Dario, propter sapientiam suā: eumq; creare Præsides, & alios Magistratus, vice Principis. iuxta tex. in. §. 1. in authē. vt iudices sine quoquo suffragio. post princ. coll. 2. quin etiam Procōsules, & rectores Cōsulares. l. 1. §. ideo itaq; C. de offi. præfec. prætor. Afric. Rerū quippe summā sibi cōmissam ac ei Principem in plurali nū. loqui. vt. in. l. quilibet. C. de decurionib: & sibi causas cōmunicare, atq; ad condendā legem, eius consilio signāter Principem vti. vt in. §. hæc autem omnia. in authen. vt iudices sine quoquo suffragio. imò Principem dicere, se legem apud eum facere. iuxta tex. in authen. de priuileg. dot. mulier heret. non prestant. §. his in omni. eumq; quasi patrē Principis, & dominum vniuersæ domus eius, ac Principem in toto eius Imperio. iuxta illud Gene. 45. c. Autor est Lucas de Pen. in rubri. C. de præfec. prætor. li. 12.

81 ¶ **E T** est hodie summum honorum fastigiū, vltra quod nihil sperare licet homini togato: qua

fiq; quoddam, summa quæq; ambientis, animi solsticium, teste Budæo in ea. l. i. ff. de offi. præfe. prætor. vbi est text. elegantissimus, cuius verba referre placuit. Ait enim. Credidit enim Princeps eum, qui ob singularem industriam, explorata eius fide ac grauitate, ad huius officij magnitudinem assumptus est, non aliter pro sapientia ac luce dignitatis suæ iudicaturum, quam si ipsemet foret iudicaturus. Quæ, inquam, omnibus numeris grauitatis, constantiæ, seueritatis, prudentiæ, temperantiæ, iustitiæ, fortitudinis, & integritatis, absolutum, ac vndecūq; doctissimum, omnium deniq; horarū hominem esse oportere: quiq; Magistratui, non cui Magistratus donatus esse videri debeat. vt per Budæum vbi supra.

83 ¶ H I N C apud Gallos, ad fastigium tāti honoris semper homines sapiētissimi eligūtur. Hominemq; ad id culmen electum, vt dixi, Cancellarium magnum vocant. Quod munus in eo Regno gessisse Iacobum de Arenis, qui fuerat Doctor Regens Tholosanus, teste Bartolo, in. l. i. C. de sententijs quæ pro eo quod interest proferuntur: ac etiam Petrū de bella pertica. Virum illū subtilissimū tradit Benedictus in repetit.

cap. Rainutius, in verb. & vxorē nomine Adelasiam. fol. 93. nu. 486. extra. de testamen.

84 ¶ D E quo Cassiodorus li. 6. variarū lectionum, sic ait. Si honoris alicuius est origo laudabilis: si bonum initium sequētibus rebus dare potest præconium: tali autoritate Præfectura prætoriana gloriatur: qui & mundo prudētissimus, & diuinitati probatur acceptus.

85 ¶ N A M cum Pharao Rex Aegyptius, de periculo futuræ famis, varijs somnijs vrgeretur, nec visionem tātam humanum posset reuelare consilium: Ioseph vir beatus inuentus est, qui & futura vera prædiceret, & periclitanti populo subueniret. Ipse primus huius dignitatis infulas consecrauit: ipse ad hoc gloriæ culmen euectus fuit, vt per sapientiam conferret populis, quod præstare non poterat potestas dominantis. Genesis. 41. cap.

87 ¶ P O T E S T A T E igitur nulla dignitas est equalis: vice sacra vbiq; iudicat. Nullus miles de fori sui autoritate præscribit: excepto officiali magistri militū: vt vel illis aliquid antiquitas cederet, qui videbātur pro Repub. bella

bella tractare, vt lati⁹ tradit Lucas de Pen. in. l. duos. col. 2. C. de susceptor. & archa.

88 ¶ M O Y S E M etiam Dei Cancellarium fuisse, satis colligitur ex his quæ habentur Num. 12.

89 ¶ I O S A P H A T etiam virum prudentissimum, Regis eximijq; Prophetæ David Cancellarium, seu Præfectum summo prætorio legimus. 2. Reg. 8. ca. ibi. Porro Iosaphat filius Ahilud, erat à commētarijs. Quæ dignitas eò tunc vocabatur à commētarijs, quod est Nomen indeclinabile, & significat idem quod Cancellarius, secundum Liram ibi. Cuius officium, secundum eum, erat dictandi leges, necnō repetere, seu recordari casus varios quotidie occurrētes, & qui veniebant ad David: cum infinita ardua negotia dietim ad Regem confluant, quæ ei per Cancellariū, propter labilitatem memorię hominis, iuxta. l. peregrē. ff. de acquiren. possess. & sic Regis, repetenda erant, vt per ordinem expedirentur, secundum eū ibi, super verb. filius Ahilud.

90 ¶ P O S T E A etiam sapientissimi Principes, ad id munus sapientissimos, doctissimosq; viros eligebāt: vt Iustinianus Tri-

bonianum doctrinā præstantissimum, nulliq; sui temporis secundum: vt per glos. secundum vnū intellectum. in. 6. cumq; in verb. ex quæstori. infra, hoc eodem Procemio Institui.

91 ¶ A L E X A N D E R etiam Seuerus Domitium Vlpianum maximum iurisconsultum, ac legum verticem, quem & parentē vocat. l. ex diui. C. locati. tradit Eutropius de gestis Romanorū, in vita Alexandri, & supra retuli: vbi vocat Vlpianum Iuris eoditorem, Alexandri assessorem, vel scrinij magistrum.

92 ¶ N E R O etiam Senecam sapientissimum ac doctissimum, quem optimum iurisperitū fuisse asserit Andræas de Iser. in tit. quæ sint regalia. in parte, & bona committentium. col. fi. ex. l. i. ff. ad Trebellianum.

93 ¶ I T E M Carolus quart⁹ Bartolum à saxo ferrato, teste Luca de Pen. in rubric. C. de quæstoribus. li. 12.

94 ¶ E T meritò. Cum enim Principes in suū Consilium assumant iuris peritos, qui circa latus eorum agunt, vt magisterij honore delato ibidem fungantur. l. iuris peritos. ff. de excusatio. tuto. quanto

quāto maiori literarum peritia abundare debet Præfectus ipse, ac summo prætorio præsidens, qui summum honoris fastigium tenet? Præses, inquam, cuius vita censura est, & ad quam ceteri Magistratus diriguntur. vt per Budæum in ea. l. i. de offi. præfect. prætor.

65 ¶ **I**Dque munus legum peritis demandandum, nec alijs quàm eis, qui Iuris periti sint, cum ab eo signāter legum peritia postuletur. Testis est Cassiodorus .5. variarum epistol. c. 4. vt latius tradit Lucas de Pen. in rubri. C. de quæstor. Si enim in quibuslibet Reipub. gradibus prouidenter curandum est, vt nihil sit inordinatum, nihil præposterum: quantò magis elaborandum est, vt in electione eius, qui supra omnes gradus constituitur, non erretur? Nam totius Reipub. status & ordo nutabit, si quod in corpore requiritur, non inueniatur in capite. c. miramur. 61. 97

96 ¶ **P**RÆTEREA cum id officium summo præfecti prætorio, quem hodie in Hispania Præsidentem Regio Consilio dicimus. ex. l. illa eleganti Regia 8. tit. 18. 4. Parti. ita vt quem apud Gallos, magnum Cancellator

vocant, apud nos Præses Regij Consilij, seu ei Regio Consilio Præsidentem vocetur. ea. l. Partit. Et satis colligitur ex his quæ latè suprā tradidimus: atque ex his quæ Purpuratus scribit in l. 1. de officio eius cui mandata est iurisdictio, à nu. 84. vsq; ad. 96. ff. ac Oroscius noster collega, in ea. l. i. ff. de offi. præfec. prætor. Cumq; ad ipsius Præsidentis munus seu officiū spectet, leges condere, legibusq; & constitutionibus cōtraria euitare, Iudices inutiles remouere, aliosq; vice eorum subrogare. l. 2. & 3. C. de officio præfec. prætor. orient. Impossibile erit iuris imperitum, ea, vt oporteat, gerere: indecorumq; legibus condendis earum expertem, non vt vnumquemq; sed vt eius rei caput, magistrum fundamentumq; adesse. argum. text. in ca. indecorum. de æta. & qualita. & in ca. cum in magistrum. extra. de electio.

¶ **H**IS adiungo, quòd cum in Regio Consilio sint Iuris periti. l. iuris peritos. ff. de excusat. tutor. & legum vertices. vt in l. scire oportet. §. aliud. ff. illo tit. viriq; ingenij acutissimi. vt in l. cum acutissimi. C. de fidei commiss. traditur de Papiniano: summaq; authoritatis homines, vt de Saluio Iuliano inquit Imperator

tor in l. penul. C. de condictio. in debi. Suarumq; sententiarum sublimissimi testes: vt illic tex. ait: tantq; existimationis viri, ac difertissimi iuris periti. vt in l. non sine. C. de bonis quæ liberis. ac summi iuris scientiæ authores: vt in l. inter antiquam. C. de vsu fruct. & quorum scientia totus mūdus illuminatur: vt in authē. habita. C. ne filius pro patre.

98 ¶ **Q**UOD absurdus, aut quid inegātius videri potest, q̄; Præsidentem suprēmi Consilij, literarū expertem, ac imperitum præfesse tot iuris peritis, viris difertissimis, summi Regijq; Senatus Iudicibus, tot annos legali disciplinæ, multis sudoribus ac laboribus perpensis, incumbentibus; de iurisq; facultate coram tantis viris passim velle differere eū, qui nunq; ius ciuile nec canonicum, nec & à limine quidem salutauit, nec vnq; iuris prudentiæ sacris initiatus fuit, nec vllis munitus est legum sanctionibus, falcē in messem alienam immittēdo? contra id quòd habetur Deuterono. 23. c. in fin. l. sicuti. §. aristo. ff. si serui. vendice. c. 1. §. 3. contra illud tritum. Tractent fabrilia fabri, secus ac Platonem fecisse legimus, qui conductores sacre arę, modum & formam eius, secum sermonem conferre cona-

tos, ad Euclydē Geometram irē iussit, sciētiae eius, imò profesioni, cedēs. vt inquit Vale. l. 8. c. 13.

99 ¶ **N**E C his extranea erit consideratio, ea scilicet, quæ cū in eo Regio Cōsilio maximè de gubernatione totius Regni agatur: quis legū imperitus rectè poterit gubernare? Profecto nullus, vt ait hīc Imperator: ibi: rectè possit gubernari. Si igitur legum imperitia, est defectus in membris ad gubernationem: quantò magis eū esse maximum, ac intolerabilem, in capite, necessariò fatendū est. l. cum in diuers. ff. de religiosis sumpt. funer. iūcta authē. multo magis. C. de sacros. Eccle.

100 ¶ **N**E C obstat si quis diceret: homines non iuris peritos, sæpe ad gubernationem aptos inueniri: nec esse ita necessariā iuris peritiā, ad gubernationē. hoc enim asserentium opinio est à iure deuians, & cōtra text. hic. & si quis reperiatur imperitus legū ad eā de qua diximus, gubernationem aptus erit. iuxta illud:

Rara avis in terris, nigroq; similima cigno.

Et illud, vna hirundo non facit ver: nec à casibus ratis & singularibus est sumēda iuris decisio: Imò contraria. l. nā ad ea. & l. ex his. & l. ius singulare. ff. de legib.

l. i. ff. ad municipales.

101 ¶ **E O** maximè, quia si quem iuris ignarum, ad gubernationem non ineptum, vt raram auè: quis fortè reperiatur id ex eo procedere! certum est quòd cum iuris peritis tractatum habuerit, iuxta. l. si auiam tuam. C. de ingenuis manumif. eorumq; consilio ductus, non deuians à iure multa, peregerit: itaq; ex lōgo caufarum vfu summus gubernator euaserit.

102 ¶ **Q V O D** eò apertius demonstratur. Cùm enim iuris præcepta sint: honestè viuere, alterum non lædere, ius suū vnicuiq; tribuere. l. iustitia. ff. de iusti. & iur. §. iuris præcepta infra. illo cod. ti. hoc lib. Institutionum: quorū primū, s. honestè viuere, ad partē monasticā moralis sapientiæ pertinet, quæ ad regimen sui ipsius spectat. Alterum non lædere, ad œconomicam, hoc est, ad regimen rei familiaris. Tertiū autem, scilicet, ius suū vnicuiq; tribuere, ad politicam, id est, ad communem Reipubli. gubernationem. vt eleganter declarat Panormit. in Procemio Decretal. nu. 16. Quis (oro) legum ignarus, de politica, & sic de iure suo vnicuiq; tribuendo, & ex consequenti, de communi Reipub. gubernatione tractare poterit.

103 ¶ **H A N C** eadem sententiam comprobatur ea ratio: quòd Consiliarij supremi Consilij Regij, pars poris Principis dicuntur. l. quisquis. C. ad legem Iul. maiefta. nec ab eorū sententijs appellatio partibus, sed sola apud eosdē Iudices Regios supplicatio relinquatur. l. præfe. præto. ff. de minoribus. authen. quæ supplicatio. C. de precibus Imperatori offeren. l. vna. C. de senten. præfe. prætor.

104 ¶ **S V N T** denique tales, quod Regum instar finem rebus imponant, & qui gesti officij sui rationem non referant. vt inquit Plato, dialogo. 6. de legibus. Nemo autem Iudex, inquit, Magistratusue sit, qui gesti officij sui rationem non referat: præter eos qui Regū instar finem rebus imponunt: quasi apertè Platonem, nec eos esse visitandos censisse dicamus, quod mihi semper iuri consonum visum est, cùm de his lex illa elegantissima prima. ff. de officio præfecti præto. præsumat ac super præsumpto statuat, eos inquam (nec repetere displicet) qui ob singularem industriam, explorata eorum fide ac grauitate, ad eius officij magnitudinem assumpti sunt, non aliter iudicatos, quàm si ipsemet Princeps foret iudicaturus.

¶ PRO-

105 ¶ **PROBATIONES** igitur contra eam præsumptionem iuris, & de iure, non esse admittendas: glōsæ ac Doctores cōmuni consensu asserunt. glōs. elegans in. l. nō est verisimile. ff. quod metus causa. similis & illie canonū interpretes. in. c. is qui fidem. extra. de spōsalib. glōs. & Doctores in. c. ferrū. 50. distin. & in. l. siue possidetis. C. de probationib.

106 ¶ **PRÆSERTIM** quia his probationibus non esset fides adhibenda, oculiq; ab earum contemplatione auertendi ne de aliqua re, quæ in his relata sit, videatur Princeps dubitasse: ne in probationibus his, sed in vita tantorum virorum argumēta sincere administratæ Reipublicæ, legenda sibi Princeps credat: indignum ratus; integritatem tantorum virorum exigua papyro, ac paucis literis perpendi.

107 ¶ **E X E M P L O** Populi Romani in causa Metelli Consulis, qui cùm causam repetundarum diceret, tabulæq; eius ab accusatore exposita, & ad nomen inspiciendum circa iudicium ferrentur, totum consilium ab earū contemplatione oculos auertit: ne de aliqua re, quæ in his relata erat, videretur dubitasse. Non in tabulis, sed in vita Quin. Metelli

argumenta sincere administratæ prouinciæ legenda sibi Iudices crediderunt: indignum rati integritatem tanti viri, exigua cera, & paucis literis perpendi, authore Valerio Maximo. lib. 2. c. 5. in prin. Explorata enim eorum fide ac grauitate, ad eius officij magnitudinem assumpti sunt: vt ea. l. i. ff. de offic. præfec. prætor. cautum est.

108 ¶ **N E C** enim eò malignitatis ventum est, vt de eorum innocentia quærendū sit: cùm non ignotum sit, cunctisq; perspicuum, nihil eos præter summum honorē, ex ea administratione referre: ac eorū vnūquemq; inuidia magis q; pecunia locupletiorē esse: maximaq; eos fiducia illæsa conscientia viuere, quòd omnes leges, à se seruatas, meminerint: vt de Lucio Scipione Antiocheni pulchrè tradit Valerius li. 3. c. 7. in princip.

109 ¶ **E X** quibus & alijs, nec eos recusandi facultatem litigantibus superesse, ni constitutiones Regiæ; aliud expressim in eis disponentes, superuenissent, mihi semper visum est. Cùm enim eorum approbatio speciatim à iure approbata sit: quidquid ei oppositū est, expressè ab eodē iure statuendum fuit: iuraq; de recusatationibus Iudicum loquentia, ad alios

alios Iudices, non ad eos qui in eo fastigio sunt: referenda certo certius existimaui, ac penes me compertū est. Sicut enim eorum Iudicum maieftas omnes supereminet alias, aliorū, inquam omnium Iudicum: ita oportet eos, qui ad eius officij magnitudinem assumpti sunt, culmen habere præcipuum. vt in simili inquit Imperator. in. l. cum multa. C. de bonis quæ libe. Qui quidē tales sunt: vt secundū consciētiam propriam eis iudicare, non secundū allegata, & probata, permiffum sit. Guido Papæ, decisio. 29. Alciat. in. c. 1. nu. 89. de officio ordina. Moderniores in. l. illicitas. §. veritas. ff. de officio Præsidis.

110 ¶ E O S igitur viros, quos vt virtutum columnen specimenq; totus mundus veneratur: & quos tot titulis, tantaq; iuris approbatione decoratos cernimus: eos inq; ad Iudices Regios, tam in hoc Regio quā Pintiano, quā Granatensi prætorio, cæterisq; constitutos, vt gesti muneris rationem reddant, mittendos, delictosq; semper existimaui: qui quod agunt norint: & in quo Iudices Regij peccare possint: & quid in ea re agendum sit: & quid nec literis mandare liceat, nec in vanum vigilas ducere, nō alios

qui membranas occupare summo opere desiderant littus arare, eiq; labori incumbere, qui sine fructu est. Inuentum enim est eorum aliquos, in scriptorum voluminibus, nō in veri indagacione tempus terere: nec annorum curriculo, quod ridiculum est, id munus eis iniunctum completere velle, vt eam in Regios Iudices potestatem habere videantur, vt eorū vitæ, morum, gesti muneris authoritatisq; & quod amplius est, vitæ, neciq; potestatem, ex ea quam Principi relatione reddere velint, penes se esse existimēt, & quos velint clausis oculis, vultuq; aduersato idoneos, aptos, iuris cōsultos approbatissimosq; viros Regi iudicēt atq; collaudent. Alios verò celeberrimos, legi, religioniq; iudicandi summè parentes. Et quos in ea ratione gesti muneris illæfos inuenerint: submissa voce pertranseant. quod grauissimo iudicio plectendum esset, cum in Deum, Regem, Rempublicamq; solennissimam fraudem committant, cum tāta res eis commissa, ea non sincera fide peragatur, eoq; solenniori pœna digni sunt cum tantò grauius eos puniri oportuerit: quātò magis ad eos pertinet, & virtute vincere, & exemplo regere ex ratione capituli indignantur. 32. q. 6. & ex eo quod

quod tradi solet, omne animi vitium, tantò conspectius in se crimen habet, quantò maior qui peccat habetur. Maior enim reatu delinquit, qui potiori honore fruitur, & grauiora facit vitia peccatorum sublimitas peccantium. c. nulli. 25. q. 1. crimen enim dignitate augetur. ca. homo. 40. distinctio. & l. omne delictum. §. 1. ff. de re militari.

111 ¶ Q V I B V S præmissis, quid magis indignum, quā tantos viros, tanta prudentia, scientia, dignitate, fastigio, authoritateq; præditos: Cæsarei Pontificijq; iuris decisiones, coram eis Præsidente passim ac quotidie referre, qui eas non intelligat? ab earumq; intelligētia sit profusus alienus? cum non liceat à capite membra discedere. ca. cum non liceat. extra. de præscriptio. Absurdum enim vniciq; videbitur, caput Consilij Regij cum præsens sit, absentem intelligi: cum quæ coram eo à tantis viris disceptantur, non intelligat? l. coram. ff. de verb. significa. l. 1. §. fin. cum ibi traditis. ff. de verborum obligatio. Principemq; qui eis Præsidentem decernit, talem nominare oportet, qui eos intelligat, non inquam latinè loquentes, sed iurium archana referantes, Principisq; con-

scientiam exonerantes: Hoc enim opus, hic labor est. & talem deniq; virum, quem Princeps præ cæteris stupeat: & qui locū Principis iure mereatur, ac de quo Princeps speret Rempublicam sibi gratias acturam: vt de Posthumo Secundo, Valerianū Gallis rescripsisse, legimus apud Trebellium Pollionem, in eo. capite de Posthu. Secundo.

112 ¶ Q V O D consultissimè, ac summa consideratione motus Rex noster Christianissimè, executioni tradidit, eligens supremo Consilio Præsidentem, Didacum ab Spinosa, virū, vltra summam literarum peritiam, clarā generis nobilitatem, morum integritatem, dicēdi facundiam, gratam omnibus audientiam: tot litium, iurgiorumq; tam pacis quā belli experimento polentem: tam hilari vultu omnes Regiæ Maieftatis subditos recipientem, quod præcipuum ac necessarium tali folio iudico, tā indefesso labore suo muneri adherentem, omnium deniq; horum hominem: vt beata Respublica dici possit, quæ talē Præsidentē sortita est: aurea secula, quæ tali viro fruuntur: foelicia tempora, quæ tali summo præfecto prætorio potiuntur: foelicissima tamen ac gloriosissima, quæ fo-

licem vitam, sub optimo Maximo Principe, tamq; summo omnium rerum moderatore, agere sinunt: sub quo & patrias habitare caute, & proprias facultates habere firmissime, & Iudicium frui Iustitia licet: iuxta textum elegantem. in §. itaq; Deo (alias est versiculus sub §. illo videlicet) in authen. vt Iudi. sine quoquo suffrag. colla. 2.

113 ¶ **N**E C eo contentus Rex Inuictissimus, cum eum virum Regio Consilio Præsidentem talem expertus sit, vt nulla res tanta sit ac tam difficilis, quam ille non & Consilio regere, & integritate tueri, & virtute cōficere possit. Et vt ei summo viro quædam ad amplitudinem & gloriam, & ad res magnas bene gerendas, diuinitus adiuncta fortuna videatur: supremum de fide in Hispaniarum Regnis Inquisitorem designauit: eiq; muneri Præsidentem præfecit. Quam religiosissimi Principis designationem, summus Pontifex sanctissimus, vt iustam, & Reipublicæ Christianæ necessariam, edicto confirmauit.

114 ¶ **E**X his omnibus euidenter colligendum est: summo præfectum prætorio legibus armatum esse oportere: & sic necesse

esse. l. 1. ff. de Iustitia & iure. ne tantum virum, tam arduis negotijs, litibusque quotidie assistentem, nec quæ ibi differuntur intelligentem, marito: vel filio inutili comparemus, quem non habere, vel habere inutilem, paria esse iuris. est glosa in l. final. C. ad legem Fabiam. de plagiar. in verb. orbitates. l. quoties. vbi amplè Iason multa similia de hoc brocardo congerit. ff. qui satisfar. cogantur. Iason in l. licet. numer. 5. & 6. C. de procurator. quod personæ muneri, dignitati, ac supremo Regio Consilio Præsidenti quàm sit verendum, sat vni cuiq; per suatum, ac apud omnes compertum est.

Vt vtrūq; tempus,
& bellorum & pacis,
rectè possit gubernari.

S V M M A R I V M.

- 1 **L**E G I B. V S ac armis vti debent Reges, ad rectè Reipub. gubernationem, & in bello, & pace.
- 2 Hæc fraternisant inter se.
- 3 Et ad inuicem auxiliantur, Imperator

- 4 Imperator quod est proprium armorum, tribuit legibus.
- 5 Reipub. salus in his duobus consistit.
- 6 Poëtæ quid tribuebāt Iustitiæ, & num. sequent.
- 8 Socratis sententia adducitur. & de hac re nu. sequen.
- 10 Plutarchi pulchra verba applicantur.
- 11 Milites potius arma quàm Iura scire debent.
- 12 Iure consultorum proprium est, versari in Iuris scientia.
- 13 De Alexandro Seuero, Lampridius dicit, & nu. seq.
- 15 In puncto Iuris magis creditur Doctori, quàm militi.
- 16 Boni Principes sequuntur meliorem & sanlorem partem sui Consilij.
- 17 In Reipub. magis necessariae sunt leges, quàm arma.
- 18 Iura ita seruanda tempore belli, sicut tempore pacis.
- 19 Reprobatur glosa Institutionum. & rursus defenditur. nu. 20. & noua assertur ratio. nu. 22.
- 23 Qui vadit planè, vadit sanè.
- 24 Effectus belli & pacis.
- 25 Vna determinatio respiciens plura determinabilia, &c.
- 26 Tempus belli, dicitur tempus Iuris.
- 27 Tempore belli non obseruabatur leges, ex sententia Scipionis.
- 28 Valerij Max. de Caio Mario dicitur.
- 29 Romanorum exemplum. & nu. seq.
- 31 Abbatis Panormita. traditio.
- 32 Scipionis Africani exemplum.
- 33 Belli, & pacis, remissiones.
- 34 Ciceronis verba.
- 35 Iulij Capitolini sententia, de Antonino Pio.
- 36 Præuilegia pacis traduntur per remissiones.
- 37 Platonis animaduersio. & Xenophonis. nu. 38. & 39.
- 40 Opus maximum, pulchrè imperare.
- 41 Cornelij Taciti verba.
- 42 Media quibus dignoscitur gubernandi onus. & nu. 43. & 44.
- 45 Lex, Regina esse debet, & dominari. ex Platone, & nu. seq.
- 47 Quæ sit recta & ciuilis gubernatio.
- 48 Absq; Iustitia nec Iupiter potest rectè gubernare.
- 49 Aristotelis de hac re pulchrum dictum.
- 50 Rursus & Platonis.
- 51 Prosequitur institutum. & nu. seq.
- 53 Iustitia, bonis & malis, æqua lance ministranda.
- 54 Iudicibus doctrina datur. & nu. seq.
- 56 Spoliatus etiam prædo restituendus.
- 57 Quod iustum est, iuste persequendum est.
- 58 Sapientis Iudicis est, meminere se hominum.

1 **D** rectam igitur Reipublicæ gubernationem, vtriusq; temporis, pacis, scilicet, ac belli, legibus ac armis opus est. l. qui restituere. cum his quæ supra latius tradidimus. ff. de reuendicat. l. 2. §. deinde ex actis. ff. de origine iuris. Fraternaliter enim, vt ita loquar, ac sese ad inuicem coadiuant: vt illis iuribus, & satis colligitur ex nota per glosam. & illic pulchrè Iasonem in l. miles qui sub armata. ff. de re iudicata: atque ex traditis per Accursium in ea celebrata glos. l. nepos Proculo. in verb. dignitate. ff. de verborum signific. & ex his quæ pulchrè Baldus refert in rubrica. C. qui bon. ceder. pos. ac eorum vnumquodque semper alterius auxilio indigere: scilicet, leges armis, ad eas exequendas: armaq; legibus, vt iuxta eas milites viuunt, earumq; obseruatione astricti sint, ac in eas committentes.

tentes, earum poenis subijcian-
tur, ex hac litera satis patet: atq;
ex Canone, ius militare. i. distin.
iuncta ca. l. qui restituere. ff.
de rei vendicatio. saepius allega-
ta. Ideoq; Imperator, quod est
4 proprium armorum, attribuit
legibus. ibi. legibus armatam. &
quod legum proprium est, armis
applicare voluit. ibi. non solum
armis decoratam. vt colligitur
ex glosa hinc, & traditis per Ange-
lum Aretinum.

5 ¶ S V M M A enim Rei-
publicae tuitio, de stirpe dua-
rum rerum oritur, vimque suam
exinde muniuit, armorum, sci-
licet, & legum. Horum enim
alterum alterius auxilio sem-
per eguit: & tam militaris res,
legibus in tuto collocata est:
quam ipsae leges, armorum praes-
sidio, seruatae sunt. pulcher text.
in. l. i. in princip. C. de Iustini. Co-
di. confirman.

6 ¶ E X quo merito antiqui
illi Poetae, Reginae Iustitiae duos
maximos satellites tribuebant:
Martem, deum armipotentem,
& Mineruam, sapientiae deam.
Hisq; apparitoribus latera Ma-
iestatis suae Imperator decora-
ri, armari, & muniri voluit, vt
vtrumque tempus recte possit
gubernari.

7 ¶ P R A E F E R E A effigiem
illam Iustitiae depingere solebat
Veteres, gestantem in altera ma-
nu stateram, qua significatur, vt
iusto libramine appedat Iudex,
non quod vult, suo arbitrio, sed
quod scriptura eum docet. c. no
asseramus. 24. q. i. c. omnis. 40. di-
stinct. in altera vero gladium,
quo flagitiosos puniendos, & ho-
stes Reipublicae comprimendos
ostendit. tex. in. c. non solum. 23.
q. 5. c. sicut. in fine. 23. q. 4.

8 ¶ P R O P T E R E A dicebat
Socrates ad Critonem. Subuertere
ciuitatem patriam, & in qua iudi-
cia publica vim non haberent.
Et hoc est quod Iuris consultus
ait. in. ea. l. qui restituere. non-
nunquam oportere Iudicem de
creta sua tueri, & exequi manu
militari. & in. l. si quis. ff. ne vis
fiat ei. l. si quis in hoc genus. C.
de Episcopis & cleri. & dixi su-
perius latissime in materia bra-
chij secularis. Et ideo nimirum
si Imperator vtraq; militia vult
Imperium suum muniri, arma-
ta, scilicet, & literaria: qua qui-
dem non minus humano geni-
9 litia. Neque enim solos Impe-
rio suo militare dicit Imperator
eos, qui gladijs, clypeis, & tho-
racibus nituntur: sed etiam
viros literatos, qui literarum
muni-

munimine vitam, patriam, & po-
steros defendunt: ad instar eorum,
qui praelijs ac vulneribus pa-
triam, parentesq; saluare solent
l. aduocati. C. de aduocat. di-
uers. Iudiciorum. pulcher text.
hic in versic. & Princeps Ro-
manus.

10 ¶ H I S applicandum est, quod
Plutarchus finxit in eo opere,
quod inscribitur, Institutio Tra-
iani, vbi ait: Rempublicam esse
corpus quoddam, cuius animam
dicit esse Praelatos diuinae reli-
gionis: caput vero, ipsum Princi-
pem: cor autem, senatum & Iudi-
ces: brachia & manus, milites,
quibus corpus hoc defenditur:
crura deniq; & pedes solo inhae-
rentes, agricolae & plebeios: tra-
dit Lucas de Pen. in. l. 2. C. de ap-
paritori. proconf. lib. 12. quod &
Platonem adnotasse refert Iu-
reconful. in. l. 2. ff. de nundin.

11 ¶ M I L I T E S enim po-
tius arma scire, quam iura, sacra-
tissimus legislator existimauit. l.
fi. C. de iure deliber. & potius in
armis, quam in litibus & priua-
tis negotijs occupandi sunt: &
numeris, & signis suis militari-
bus inhaerere debent, vt Rempu-
blicam ab omni bellorum neces-
sitate defendant. l. milites. C. lo-
cati. l. milites. C. de re militar.

12 lib. i. 2. Iurisconsultorum au-
tem est, in scientia iuris versari,
vt Rempublicam possint bene
gubernare: quibus turpe est,
cum in ea versentur, eam igno-
rare. l. 2. §. Seruius autem Sulpi-
cius. ff. de origi. iur.

13 ¶ A C C E D A T quod de Ale-
xandro Seuero inquit Lampridius,
in haec verba: Vlpianum pro tu-
tore habuit: atq; ideo summus Im-
perator fuit, quod eius consilijs
praecipue Rempub. rexit.

14 ¶ N O N tamen est obliuioni
tradendum, nec repetere piget,
quod de eodem Alexand. inquit
Lampridius, & supra retuli, in
materia armorum: Fuit praeter-
ea illi consuetudo, vt si de iure,
aut de negocijs tractaret, solos
doctos & discretos adhiberet. Si
vero de re militari, milites vete-
res & senes, ac benemeritos & lo-
corum peritos, ac bellorum &
castrorum, & omnes literatos:
& maxime eos, qui historias no-
rant: requirens quid in talibus
causis, quales in disceptatione
versabantur, veteres Imperato-
res, vel Romani, vel exterarum
gentium fecissent.

¶ H V C spectat dispositio. l.
Regiae. 3. titul. i. 2. Partita. ibi.
E. otrofi, deue auer. ome sa-

bidores, leales, y verdaderos, q̄ le ayuden, y le sirvan de fecho, en aquellas cosas que son menester, para su consejo, y para fazer iusticia, y derecho á la gente. Ca el solo no podría veer, ni librar, todas las cosas: porq̄ ha menester, por fuerça ayuda de otros en quienes se fie, que cumplan en su lugar, usando del poder, que del resciben, en aquellas cosas, que el no podría por sí cumplir.

15 ¶ N A M in puncto iuris, magis creditur Doctōri, quā militi: in factis armorum, militi extremo plusquā militibus galinas comedentibus: cū cuilibet experto in sua arte credendum sit. l. i. ff. de vent. inspicien. capit. proposuisti. de probatio. Et ideo in administratione iustitiæ, plus crederetur singularibus Doctōribus, & bonæ famæ, & conscientiæ, zelantibus bonū publicum: quā laicis, vel alijs Doctōribus, quorum lingua est sepulchrum patens, vt ait alibi Psalmista.

16 ¶ E T boni Principes sequuntur multoties meliorem & saniorē partem sui consilij, in Iustitia administranda. Ad quod facit quod eleganter Bartol. scribit in. l. Pomponius, aliās incipit. Si vni. ff. de re iudi. Panor.

in capi. prudentiam. in princip. nu. 10. de offic. delegati. pulchrè tradit Petrus Belluga in suo Speculo Principum, rubri. 10. col. penultima.

17 ¶ E T quanq̄; hæc duo ad Reipublici. gubernationem sint necessaria, vt hîc: si tamen discrimen oriretur, quod illorum sit magis necessarium: dicendum est, quod leges: iuxta illud Ecclesiast. 9. c. Melior est sapientia quā arma bellica. & Sapietiæ. 6. Melior est scientia q̄; vires: & vir prudens quā fortis. & Tullius primo Officiorum: Expetenda est quidē magis de cernēdi ratio, q̄ de certādi fortitudo. & illud Cicer.

Cedant arma togæ, concedat laurea lingua.

Non enim viribus, aut velocitate, aut celeritate corporum Res magnæ geruntur: sed consilio, & authoritate, & sententiā: Cicero in eo li. qui de Senectute inscribitur, aliās Cato maior.

18 ¶ E X præmissis colligitur, iura ita seruanda tempore belli, ac tempore pacis: vt per glos. hic. in verb. decoratam. tum quia horum duorum, scilicet, armorum, ac legum, alterum alterius auxilio indiget. vt supra traditum est. vt in. l. i. C. de Iusti. Codi. confirman. quæ non distinguit vnū tempus

tempus ab alio: & sic succedit regula. l. de precio. ff. de Publicia. & in. l. i. §. generaliter. ff. de lega. præstan. tum præterea quia videmus tempore pacis, quotidie armis Rempublicam gubernari: tam in ciuilibus, quādo opus est. vt in. l. i. C. de offic. militar. Iudi: quā in criminalibus: nā sine distinctione temporis, puniuntur delicta. toto tit. ff. & C. de poenis. imò propter enormitatem delicti nefandi, iubemus in surgere leges, armari iura gladio vtore, inquit Imperator in. l. cum vir. C. de adulter. Item, nec belli calamitas, nec pacis lenitas (vt vtar verbis textus) in. l. i. post princip. C. de caduc. tollen. impedimento est, quo minus vtamur legibus. toto tit. ff. & C. de capti. & postlimin. reuerf. & ff. de re militar.

19 ¶ G L O S A tamen hîc in verb. gubernari. præsupponere videtur, tempore belli non seruari leges, neq; Iustitiam. Vnde Ioannes Fab. hic dicit: tempore belli non seruari iura, scilicet, de facto: sanctius tamē esse, secundum eum, Iustitiam eo tempore fieri, quā alio. Legitur enim in vita beati Gregorij, Traianum fuisse saluatum, ac de inferno extractum, quia ad bellum proficiscens, Iustitiam fecit in

persona cuiusdam Principis, qui filium cuiusdam pauperis viduæ occiderat: licet, secundum Fab. tali belli tempore, non debet rigor seruari omnino. allegat textum ibi nota. in. c. final. extra. de transactio. & in. c. sciendum. & cap. fin. 29. distinctio. Sed in eo de Traiano aliud colligit. ex Platina in vit. Pontif. vt in eo videtur licet: sed in vita beati Gregorij: quæ incerto auctore in eius operum princip. ponitur.

20 ¶ V E L aliter poterit opinio glosæ defendi: vt dicamus eam loqui, habito respectu, ac consideratione eius, quod frequētius, ac principalius fit. Videmus enim tempore calamitatis belli, arma potius quā iura exerceri: & foelicis pacis tempore, potius iura quā arma esse in vsu, & secundum ea quæ frequētius accidunt. glo. loquitur. l. nam ad ea. ff. de legibus. secundum Angelum hîc.

22 ¶ S E D ultra omnes mea fert opinio, glos. prudētissimè loqui, & suo more: nec mereri reprehensionem tam leui argumento. Nō enim, inquit, leges non esse seruandas tempore belli, nec arma etiam non esse exercenda tempore pacis, nisi quis falsum (vt ita dixerim) testimonium glosæ

affcribat: eò præcipuè, quia cum alterū alterius auxilio indigere dixerit, supra in verb. decoratā. nō est dicendū, q̄ ita incontinenti se corrigere velit. iuxta glo. elegantem in. l. non ad ea. in verb. præfens. in fi. ff. de cōditio. & demonstratio. ideoq; glo. partibus defensis, vltra omnes, eius verba mētēq; intelligo via plana. Qui enim vadit planè, vadit sanè. pulchrè Bal. in. l. nō solum. §. annus. 2. ex eo tex. ibi. Rectam viam dirigens, non eam quæ est ex circuitibus. ff. de excusa. tutor. ita scilicet, quod cum Principem legibus ac armis decoratum, armatumq; esse oporteat: inde sequitur effectus, vt vtrūq; tempus, & bellorum & pacis, rectè possit gubernari: tempus pacis, legibus: & tempus belli, armis. Non, inquam, tempus pacis solis legibus, sed legibus & armis, cum opus fuerit. l. qui restituere. cum his quæ supra citauimus. ff. de rei vendicatio. nec tēpus belli solis armis: cum etiam eo tempore iura exercentur, vt supra traditum est: & hanc meā opinionem confirmat vltra omnes, pulchra. l. Regia in Procem. tituli primi. 3. Parti. ibi. de manera que ellos sean siempre vencedores: lo vno, con esfuercō y con armas: & lo al, con derecho & con iusticia: quod & Iustinia

num in præfenti Procemio satis apertè tradidisse, nec à docentibus hoc in dubium reuocari debuisse, non dubito: quod & ea regula cōfirmat, qua traditum est, vnam determinationem respicientem plura determinabilia, debere ea æqualiter determinare. l. q̄uis. & l. hæreditatem. C. de impuber. & alijs substi. l. iam hoc iure. ff. de vulgar. ad que etiā pulchra. l. Regia. 2. ti. 27. Partita 3. Tempus enim belli etiam dicitur tempus iuris. c. Ius militare. vbi tex. elegans. & ibi Archidiaconus, Dominicus, & Præpositus. 1. distinctio. & inquit Vegetius de Re milita. c. 10. li. 3. loquens de duce exercitus, authoritatē maximam feueritate summat, omnes culpas militares legibus vindicet, nulli errantium credatur ignoscere.

27 ¶ **N**ON tamen inficior, tempore belli non ita exactè obseruari leges, nec obseruari posse, ex sententia Scipionis, qui Mutio Scauolæ Consuli Romano, volenti contra Tiberium Gracum Rempublicam factō repentino turbare, præfumentem ordine iuris procedere, restitit dicens: Quoniam Consul, dum iuris ordinem sequitur, id agit, vt cum omnibus legibus Romanū Imperium corruat: vt refert Valerius

lorius li. 3. tit. de fortitudine. de Scipione Nasica loquens. Silent enim leges inter arma: nec se expectari iubent: cum ei qui expectare velit, ante iniusta poena luenda sit, quàm iusta repetenda. Cicero pro Milone. Et ibidem, nec inter armorum vim existimare Oratori locum esse.

28 ¶ **E**T lib. 5. ti. de Gratis, de Caio Mario etiam Consule Romano, refert Valerius: quod cum Cimbros, (quos nūc Flamings appellamus) auxilio Camertinorum ab inuasionē repentina subito repulisset: eiq; obijceretur, cum exulibus, scilicet, Camertinis hostibus cōuertium habuisset: ac in urbem contra leges vocasset dixit, Inter armorum strepitum, verba se iuris ciuili exaudire nō potuisse. Et rectè quidē, cum id tempus eo tūc esset, quo magis defendere, quàm audire leges oportebat. Quia necessitas legem non habet, permissinam, prohibitinam, nec cōsultoriam: cum non sit tempus deliberandi: cum in necessitatibus nemo liberalis existat. l. rem legatā. ff. de adimē. lega. glof. in. l. 1. C. de oper. liber. & necessitas facit licitum, quod aliās est illicitum. c. discipulos. de consecratio. distin. 4. ca. si quis propter necessitatem. de furtis.

29 ¶ **P**R O V T Romani olim prudentissimi exemplo tradiderunt: de quo idem Valerius lib. 7. tit. de necessitate, sic ait. Caio autē Mario & Cn. Carbone Consulibus, bello ciuili cum Lu. Sylla disidentibus, quo tempore non Reipubli. victoria quærebatur, sed præmium victoriæ. Res erat publica, Senatusconsulto aurea atq; argentea templorum ornamenta, ne militibus stipendia decissent, conflata sunt. digna enim causa erat, hij ne, an illi, crudelitatem suā proscriptione ciuium satiarent, vt Dij immortales spoliarentur. Non ergo Patrum conscriptorum voluntas, sed teterrimæ necessitatis truculenta manus illi consulto stylum suum impressit.

30 ¶ **E**T in principio illius tituli: Abhominandæ, inquit, necessitatis amarissimæ leges & truculenta Imperia, tū urbem nostram, tum etiam exteras gentes multam non intellectu tantum, sed etiam auditu grauiam, perpeti coegerunt. Et Cæsar li. 1. Commentariorum de bello ciuili Pompeiano, circa principium refert. Rempublicā contra eum suasu Pompeij motam, & repentine turbatam, Tota, inquit, Italia delectus habentur, arma imperantur, pecuniæ à municipijs exiguntur, & fanis

tolluntur omnia, diuina & humana iura permiscuntur. Hæc ille.

31 ¶ E T quod notanter tradit Abbas Panor. in. cap. sicut. vlti. de iure iuran. afferens: vbi de Principis inuisione subita ac improuisa timetur: teneri Ecclesiam ad contributionem. vt ibi dicitur in fine. Non enim dicitur fieri contra legem, urgente necessitate, vel suadente publica utilitate. vt refert Valerius lib. 3. tit. de fiducia sui.

32 ¶ Q V O D exemplo tradidit prudentissimus ille Scipio Africanus, cum ad necessarium Reipublici. vsum pecuniam ex ærario promi opus esset, idq; Quæstores, quia lex obstare videretur, aperire non auderent, priuatus (scilicet, Scipio, nullum tunc magistrum gerens) clauis poposcit, patefactoq; ærario, legem utilitati cedere coëgit. authore Valerio ibi.

33 ¶ E T quanquam de bello & pace hîc agatur, & possem extendere fimbrias vestimenti: tamen quia vulgaris res est, & notissima: de quo, scilicet, bello, multa pulchra scribit Lucas de Pen. in. l. 1. C. vt armorum vsus in scio Princi. interdic. sit. & iure

Regio habemus pulchras leges, toto titul. 23. per totum. 2. Partita, & per plures titulos sequentes: & de pace multa ponit Baldus in titul. de pace Constantiæ: de eaq; multa Lucas de Pen. in. l. 1. C. publicæ læti. vel consul. lib. 12. & Regijs legibus: multa de ea cauentur tit. 12. per totum, Partit. 7.

34 ¶ V N V M interim proposuisse contentus ero, vt verbis vtat textus in. l. ita vulneratus. ad legem Aquiliam. id scilicet, quod verbis pulcherrimis, ac memoriæ commendandis inquit Cicero Philippica. 13. in hæc verba. Dulce quidem nomen pacis est, res vero ipsa tum iocunda, cum salutaris. Nam nec priuatos focos, nec publicas leges, nec libertatis iura, chara habere potest, quem discordiæ, quem cedes ciuium, quem bellum publicum delectat: eumq; ex numero hominum eijciendum, ex finibus humanæ naturæ exterminandum puto.

35 ¶ N E C silentio prætermittendum est, quod Iulius Capitolinus in Antonino Pio scribit hisce verbis. Tantum sanè auctoritatis apud exterarum gentes nemo habuit, cum semper ama-uerit pacem, eoque, vt Scipionis

pionis sententiam frequentarit, qua ille dicebat, Malle se vnum ciuem seruare, quam mille hostes occidere.

36 ¶ E T multa priuilegia pacis scribit plenè Corsetus in tractat. de potestate ac excellentia Regia. q. 41.

¶ D E gubernatione etiam, de qua hic loquitur Imperator, plurima dici possent: aliqua tamen inferere non inuenistum existimaui.

37 ¶ E T illud primum Platonis Dionis propinquis, Epistola. 7. inquit enim: Cum animaduertèrem homines qui in Reipublici gubernatione versabantur, legesq; & mores quanto magis cõsiderarem: quantoq; magis ætate progrederer: tanto difficilius arbitrabar esse rectè Rempub. gubernare.

38 ¶ E T Xenophon lib. 1. de pedia Cyri: Noui te dicere semper solitum, haud fas esse à Dijs petere, neq; victoriam eos equestri pugna, qui equitare non didicissent: neq; sagittæ ignaros superare illos sagittando, qui huiusmodi peritiam callent: neq; gubernandi imperitos, optare nauium salutem gubernando: hu-

ijsmodi enim omnia esse præter diuina instituta. & paulo inferius inquit: Scire alijs præesse hominibus, vt habituri sint omnes res necessarias affatim, & vt futuri sunt omnes, quales oportet: hoc nobis mirabile sanè videbatur. Ita mediussidius, o pater, memini hoc dixisse te: itaq; mihi quoq; videbatur: opus esse maximum, pulchrè imperare: ac nunc eadem mihi videntur, cum ipsum imperandi munus mecum ipse considero.

41 ¶ E T Cornelius Tacitus lib. 1. Tyberius, inquit, variè differēbat de magnitudine Imperij: solum diui Augusti mentem, tantæ molis capacem, se in partem curarum ab illo vocatum, experiendo didicisse, quam arduum, quam subiectum fortunæ regendi cuncta onus.

42 ¶ H O C tamen gubernandi onus, quod summi ponderis esse dignoscitur: quibusdam medijs aliquato leuius esse perspicitur: & ex eo in primis, quod eius gubernationis onus Princeps optimis, sapientissimisque iudicibus, more suo committat: cum aliàs difficile, & vt inquam, impossibile esset, Principem tot curis agitatum, eo negotiorum pondere non pergruari, iuxta illud, quod

Bobariu.
lib. 2. p. 1. 10.
n. 2. 2. 2. 2. 2. 2.
m. 1. 2. 2. 2. 2. 2.

quod elegantissima illa Regia. l. 3. ti. 1. 2. Partit. cauetur, cuius verba sup̄ inferui: ac ea extracta existimo ex eo Exod. c. 18. Dixit Iethro ad Moysem. Cur solus sedes, & omnis populus praestolatur a mane usque ad vespem? Non bonam rem facis. Stulto labore consumeris, & tu, & populus iste. Ultra vires tuas est negotium. Solus illud non poteris sustinere. Prouide de omni plebe viros sapientes, & timētes Deū: in quibus sit veritas: & qui ode- rint auaritiam: & constitue ex eis tribunos, & alios, qui iudicēt populum omni tempore. Quicquid autem maius fuerit, referāt ad te: & ipsi minora tantummodo iudicent: leuiusq; sit tibi, partito in alios onere.

43 ¶ DEINDE & secundo, vt hi quibus gubernatio committenda est, sapientes sint, vt dixi: sapientes, inq; , in ciuili ac canonica sapientia, iuxta text. in. c. 1. extra. de re iudica. & text. h̄c: sine qua est impossibilis recta gubernatio. Nec sufficit eos esse sapientes in alijs scientijs, iuxta illud Plutarchi in Platone. Quam salubre & illud est, beatissimas fore Respub. si qui earum gubernationi praesent, aut sapientia praediti essent, aut sapientiae studio tenerentur. Hęc autem Phi-

losofia, non alia proculdubio, quam ciuilis scientia est: atq; adeo Philosophi illegum, iurisq; periti sunt. Nec enim admodum refert, an Magistratus naturalium rerum peritiam habeat, Academicus sit, vel Stoicus: sed in primis opus est, vt leges, iuraq; noscat. Nam si verum est, sicuti est, rectam gubernationem esse, prudentem ac diligētem legum executionem? Quomodo gubernabit recte, qui leges & ius ignorat?

44 ¶ V L T E R I V S, & tertio, vt omnia secundum leges faciāt, & nihil praeter eas. Et enim est vera horum Iudicum, recte gubernare volentium, sapientia: vt inquit Iustinianus in. §. 1. ibi. Nō enim existimauimus oportere habere Iudicum quorundā nomina, maximē legum ineruditorum. & ibi. nisi potuerint per se nosse quod iustum est, sed aliū de emendicare iudicandi honestatem: quomodo non maximū vitium erit Reipublicae, non eis qui ex se quod agendū sit sciant, lites tradere, sed sinere eos quaerere alios, a quibus liceat discere, quę ipsos in iudicando eloqui decet? colla. 6. in authenti. de iudici.

45 ¶ L E X enim Regina esse debet, ac dominari: non alijs tantum

tum ciuibus, sed ipsis etiā Regibus. vt inquit Plato, epist. 7.

46 ¶ E T idem Plato, li. 4. de legibus. Non ideo Magistratus alicui dabimus, quod diues sit, aut huiusmodi quicq; possideat, vt robor, magnitudinem, generis claritatem: sed ei qui positus legibus parebit maximē: & hac re ceteris in ciuitate praestabit. Et paulo post. Magistratus autē legum ministros appellauī: non quia innouare vocabula cupiā, sed quia putem salutem hinc maximē ciuitati fore: & contrariū ex contrario: Interitum enim paratum illi ciuitati video, in qua non lex Magistratibus, sed legi Magistratus praesunt. Salutem verō illi, vbi lex seruentibus Magistratibus dominatur: cuncta certē bona quae Dijs ciuitatibus praebent, huic affore cerno.

47 ¶ E A enim sola recta ciuilis gubernatio est, quae id efficit, vt nemo quicquam praeter leges committere audeat: & qui audeat, morte afficiatur. Plato, in lib. ciuili.

48 ¶ Q V A R T O, quod ex proximo fonte manat: vt Iustitiam seruent, iuxta illud Plutarchi, li. de doctrina Principum: Veteres ita & loquuntur, & scribunt, &

docent: Absq; Iustitia principatum recte gerere, ne Iouem quidem ipsum posse.

49 ¶ E T inquit Aristoteles lib. 5. Politico, capit. 7. Maximē tum Respublica, tum status optimatum dissoluuntur, si ius in ipsa Republica violetur. Hoc autem solum confirmat, stabilemq; facit statum Reipublicae: si pro dignitate paria tribuantur: & quę sua sunt, quisq; retineat.

50 ¶ A D quod illud Platonis, Dionis propinquis, epistola. 7. Iustitia ciuitates ac reliqua omnia seruat: iniustitia verō peruertit atq; corrumpit.

51 ¶ Q V I N T O, vt eam in iudicādo seruata executioni tradant. Frustra enim iura esse condita, frustra q; ea esse in iudicādo seruata diceremus, ni & ea executioni tradita videremus. c. vbi periculū. §. praeterea. de electio. li. 6. c. vno. §. & quoniam. de statu regular. eod. li. 6. l. 2. §. post originē. ff. de origine iur.

52 ¶ S E X T O, vt id iudicium, eaq; iuris executio, sit absq; distantia seu acceptione personarum: iuxta illud Deuterono. c. 1. Audi te illos: & quod iustū est, iudicate. Siue ciuis ille sit, siue peregrinus:

mus: nulla erit distantia perso-
narum. Ita paruum audietis vt
magnum: nec accipietis cuiusq;
personam: quia Dei iudicium
est. Cauetur transumptiue in. c.
nouit. extra. de Iudicijs.

53 ¶ IUSTITIAM enim no
solum bonis, verum etiam ma-
lis, peruersisq;, æqua lance admi-
nistrandam non dubito vt colli-
gatur in. l. Iustitia. in verb. vni-
cuiq;. ff. de Iusti. & iur.

54 ¶ QVOD ad eorum doctri-
nam Iudicum attinet, qui litiga-
tes alias peruersos apud eos cau-
sas agentes, Iustitiam non foue-
re mente gerunt: quæ animi in-
clinatio penitus omittenda est:
cum, in ea quam gerunt causa,
Iustitiam fouere possint: & si a-
lias sceleribus impliciti sint: iux-
ta tex. illu elegantissimum, ac li-
teris aureis scribendum, in. l. nul-
lus. ibi. & si aliquis sit sceleribus
implicitus, idcirco tamen iudi-
ciorum vigor, iurisq; publici tu-
tela in medium videtur consti-
tuta, ne quisquam sibiipso per-
mittere valeat vltionem. C. de
Iudæ. text. in argumen. in. l. 1. §.
sed neq;. ibi. cum possit vnus
forsitan & deterioris sententia
& multos & maiores in aliqua
parte superare. C. de veter. iur.
enuclear.

¶ QVIBVS & illud proxi-
mum est, his fatigatæ opinionis
hominibus, vt alijs quibuscunq;
Iustitiam administrandam, eo-
rumq; calumniam, si quam in li-
te gesserint, per legum tramites
expellendam. vt est text. aureus
hic. Sed etiam per legitimos tra-
mites. & illic fusus pertractabo.

55 ¶ HINC exoritur: spoliatum
etiam prædonæ, vt vnquemq;
alium bonæ opinionis & famæ,
ante omnia restituendum. ex. c.
illo. in literis. de restit. spoliat.
cum similibus, quæ late pertra-
ctat Alexan. in. §. nihil commu-
ne. l. naturaliter. ff. de acquiren.
possessio.

57 ¶ QVOD enim iustum est,
iuste persequendum est: vt scri-
bitur Deuterono. 16. c. Cauent
igitur Iudices, & prudenter attē-
dant: vt in causarum processu-
bus nil vendicent: odium, vel fa-
uor vsurpet, timor exulet: præ-
mium aut expectatio præmij Iu-
stitiam non euertat: sed statera
gestent in manibus, lances appē-
dant æquo libramine: vt in om-
nibus, quæ in causis agenda fue-
rint, præsertim in concipiendis
sententijs, & ferendis, præ oculis
habeant solum Deum, exemplū
Moysi imitantes: qui querelas
populi, tabernaculum ingressus,
ad

*Par laborem
per. q. p. n.
c. 10.*

*Memoria de
Boët. lib. 1. q.
1. n. fi. et
vide sup. in
v. 7. Si dem
et n. ant. uel
ca =*

ad Dominū referebat, vt secun-
dum eius Imperiū iudicaret: vt
hæc omnia scripta sunt in. cap. 1.
de re iudica. lib. 6. nimirū nos in-
struens, vt non ex corde nostro,
sed ex præcepto diuino, condēna-
tionis & iustificationis sententiā
proferam. c. summopere. ii. q. 3.

58 ¶ QVIBVS omnibus ea sin-
gularia verba Ciceronis pro. A.
Cluentio hic annectere visum
fuit. Est enim sapientis (inquit)
Iudicis, meminisse se hominē, co-
gitare tantū sibi à Populo Roma-
no esse permissum: quantū com-
missum & creditū sit: & non so-
lū sibi potestatem datam: verū
etiam fidem habitam esse memi-
nisse. posse, quem oderit, absolue-
re: quem non oderit, condemna-
re: & semper non quid ipse velit,
sed quid lex & religio cogat, co-
gitare. tum verò illud est homi-
nis magni Iudices atq; sapientis,
cum illā iudicanda causa tabellā
sumpserit: non se putare esse so-
lū, neq; sibi quodcunq; cōcupie-
rit, licere: sed habere in Consilio
legē, æquitatem, religionē, fidē:
libidinem autem, odium, inui-
diam, metum, cupiditatesq; om-
nes amouere: maximeq; æstima-
re conscientiam mentis suæ, quā
à Dijs immortalibus accepimus:
quæ à nobis diuelli non potest:
quæ si optimorum consiliorum,

atq; factorū testis in omni vita
nobis erit: sine vllō metu, & sum-
ma cum honestate viuemus.

Et Princeps Roma-
nus.

S V M M A R I V M.

- 1 IMPERATOR Princeps Ro-
manus dici solet.
- 2 Imperator prius eligitur in Regem Ro-
manorum.
- 3 Verbum Princeps multifariam sumitur.
& nu. 4. 5.
- 6 Primogeniti Regū Hispaniæ Principes
nominantur, ex consuetudine.
- 7 Princeps dicitur, quasi primum locum
capiens.
- 8 Inferiores à Regibus improprie Princi-
pes dicuntur.
- 9 Principes ex administratione Iustitiæ
spolia ampla referunt.
- 10 In Principibus dicitur virtus innata.
- 11 Initio suæ creationis omnes animæ æqua-
les creatæ sunt.
- 12 De Anima aliqua traduntur. & nu. 13. 14.
& 15.
- 16 De Virginis Mariæ & S. Ioan. animab.
17 In Principibus, quò ad causam supra cō-
lestem, Deus concurrat specialiter, &
de illis maiorem curam habet.
- 18 Ouidij carmen refertur.
- 19 De planetarum constellationibus vi.
- 20 Principes, nutrices optimæ constitutio-
nis habere debent.
- 21 Et debent nutriri, cibis optimi succi.
- 22 Expenditur. l. Regia. §. ti. 7. Parti. 2.
- 23 Debēt etiā legere libros illustriū virorū.
- 24 Herōum nomen merentur Principes.
- 25 In vsu loquēdi debent Principes vigila-
re, ex Cicerone, ne immoderate dicāt.
- 26 Quos Principes ita præditos, Deos nun-
cupabat Antiquitas.
- 27 Boëtij sententia de hac re expenditur.
- 28 Meritò laudatur Serenissimus Carolus
Princeps.

IMPERA-

IMPERATOR itaq; Princeps Romanus dici solet, vt hic. & in. c. ad apostolicę. de re iudica. li. 6. & in clementi. Romani. vbi Cardinal. r. notabi. de iureiuran. 6. sed & quod Principi. cum vers. sequen. Institu. de iure natura. gent. & ciuil. idem probat tex. in. l. i. ff. de constitutio. Princip. & in. 6. præter. & 6. penulti. illius. cap. ad apostolicę. Vnde Princeps Cæsar dicitur. l. Neratius. ff. de regu. iur. Imperator enim prius eligitur in Regem Romanorum: cumq; deinde ad Imperium promouendum iura tradunt. c. venerabilem. ibi. personam electam in Regem, ad Imperium promouendam. de electio. & illic Panor. 3. col. notat ex eo tex. ad hoc q; quis primò eligitur in Regem, deinde per coronationem promouetur ad Imperium. In Regem, scilicet, Romanorū: authore Calderi. in eo. c. venerabilem. quem Panor. sequitur ex text. in clementi. 1. 6. r. ibi. Henricum Imperatorem, tunc Romanorum Regem. & in. 6. nos itaq; de iureiur. ibi. dictus nanq; Henricus quā primū fuit in Regem Romanorum electus. & in. 6. nos eodem. ibi. ipsum nominauimus, denuntiauimus, & declarauimus Regem Romanorum. & in. 6. cæterum. ibi.

ipsumq; in Regem Romanorum assumpsit, in Imperatorem postea promouendum. latè Castaldus in tractatu de Imperatore. q. 10. & q. 45.

¶ **E**T verbum Princeps multifariè sumitur. vt per glos. illam singularem, ad quam quotidie recurrimus in clementi. in verb. Regum. ibi Cardinal. de baptismo Iacobi de sancto Georgio. in tracta. feudor. in verb. Princeps Pedemontium. elegās lex Regia. ii. cuius initium est, Principes. ti. 1. 2. Partita.

¶ **I**Taq; summo Pontifici conuenit. vt in. c. corpora. de consecra. distinctio. 1.

¶ **E**T Regi. c. vno. versi. vnde in veteri. de sacra vnctione. ca. veniens. extra. de accusatio. c. in notuit. de electione. c. maiores. circa fi. de baptismo. c. de Iudcis 45. distinctio.

¶ **E**T hodie ex communi vulgariq; loquendi modo in hac nostra Hispania, filius Regis primo genitus, vt Tua Celsitudo, quem nobis incolumē Deus Omnipotens per multa secula præstet: Princeps vocatur. De quo filio Regis primogenito pulchra lex Regia. 2. tit. 15. 2. Partit. alij autē, Infantes

Infantes. iuxta. l. Regiam. r. tit. 7. 2. Partit.

¶ **E**T dicitur Princeps, quāsi primū locū capiens post Regē. vt per glo. in ea clementi. de baptismo. glo. in. c. fundamenta. 6. vt ergo. in verb. princeps. de electio. lib. 6. & satis colligitur ex ordine literæ in eo. 6. vt ergo. ibi. vel Rex Princeps. & c. & in ea clementi. r. ibi. Regum vel Principum. de baptismo. O bulli

¶ **E**X quibus infertur clarissimè quā improprisimè alij inferiores domini, hodie Principes appellantur. Princeps enim dicitur, respectu cuius alij sunt participes: & ipse dicitur totū continēs, authoritate, potestate, ordinatione, & mādato: quāsi primū locum tenēs. vt eleganter Bal. ait in Prooemio. ff. 2. col.

¶ **P**RINCIPES igitur ex administratione Iustitiæ, spolia ampla referunt, ac consequuntur, ac si exercitus aliquis victus, deletusq; sit, castraq; direpta. vt hoc eleganti Prooemio cauetur: quæ Iustitia in Principibus dicitur virtus innata, herōica, & moralis. vt ex infra dicendis colligitur.

¶ **S**CIENDVM enim est,

quod in initio suæ creationis omnes animæ, æquali gradu perfectæ sunt, & tantæ beatitudinis capaces, vna sicut alia. Nam anima cum creatur & infunditur, & infundendo creatur: & est sicut tabula rasa, in qua nihil est depictum. Imbutur autem moribus & doctrina, vt inquit Philosophus. i. de Anima. Id tamen certum est, quod anima quæ infunditur in corpore malè organizato, propter illius complexionem, dicitur anima captiuata, non capax tantæ beatitudinis: quia non ita docilis, nec capit virtutes, vt anima corporis bene organizati. Et ita videmus animam quæ est in corpore rustico, non esse tam aptæ scientiæ: ideoq; aliquos ita rudes esse, vt nequeant aliquid addiscere. ad quod textus singularis in. l. stichus liber esto. ibi. & conditione & natura ingenioq; eius cui relictum erit. ff. de legatis. 3. Et pulchrè Cicero. i. Officio. Sic enim est faciendum, vt contra naturam vniuersam nihil contendamus: ea tamen conseruata, propriam naturam sequamur. Vt, etiam si sint alia grauiora atq; meliora, tamen nos studia nostra naturæ regula metiamur. Neq; enim attinet repugnare naturæ, neque

I quic-

14 quicquam sequi, quod assequi nequeas. Nihil enim decet inuita (vt aiūt) Minerua, id est, aduerfante, & repugnante natura.

15 Hęc ille. Anima verò quæ habitat in corpore bene organizato, habens molles carnes, aptiffima est. Molles enim carnes habentes, aptiffimæ mentis dicuntur, fecundum Philosophum: cuius

16 causa est aliquoties influxus celestis, vt de corpore & anima, gloriofe Virginis MARIÆ, Sancti Ioannis, & similibus. Aliquoties constellation planetarum, in generatione concurrentium, aliquoties bona vel malâ parētum dispositio concurrentes in generatione.

¶ QVÆ omnia bona & optima, vt vniciq; euidenter videre licet, concurrūt in Principibus: Primò quoad causam suprâ telestē. Deus enim de Principibus, & sic de maiori re, maiorem (vt ita dixerim) curam habet: Licet enim omnes homines natura pares sint: tamen inæqualitas in eis inuenitur, secundum quod ex diuina prouidētia quidam ordinātur ad maius, & quidam ad minus, iuxta illud quod dicitur Ecclesiasti. 33. In multitudine disciplinæ Domini separauit eos & ex ipsis benedixit & exaltauit, & ex ipsis maledixit

& humiliavit, vt pulchrè tradit beatus Thomas in sua Summa, quest. 113. arti. 2. in fi. & argumē. tex. in. c. vbi periculum. de electio. li. 6. cū similibus. & tex. nota. cum glo. eleganti in verb. de celo. in. 6. quia igitur. in authen. de instrumentorum cautela & fide. colla. 6. & his quæ per glos. in verb. diuino. & ibi Cynum, Bar. Bal. & Salyc. & Paulū Cast. G. de præscrip. long. tempor. & illud Ouidij de arte amadi. li. 1.

*Parcite natales timidi numerare deorum,
Casaribus virtus contigit ante diē.
Ingenium celeste suis velocius armis
Surgit, & ignauæ fert malè damnata mora.*

& sic maiorem gratiam infundit in eos.

19 ¶ SVNT etiam subiecti melioribus influxibus coeli, & planetarum constellationibus.

20 ¶ POST eorum verò natiuitatem electo lacte ac abundantia: nutrice sana, & signanter, nō iracunda, bene morigerata, pulchra, & bonæ progeniei nutriuntur: vt elegantiffima illa. l. Regia. 3. tit. 7. 2. Partita cautum est.

21 ¶ NVTRIVNTVR etiam cibis delicatis, vt Regiæ proli

proli conuenit: non rusticis, iuxta glo. in. l. seruis vrbani. in verbo. cibarijs. ff. de legatis. 3. Facit tex. in. c. non cogatur. 41. distinctio. vbi delicatæ personæ non debent vti cibis grossis. tradit Abbas Panor. post glo. in verb. prægruari. in. c. cum instantia. de censibus: nec vtuntur ad ingluuiem, sed secundum Medicorum astantium consilium: & sic morbis innumeris excurantur, sequētes doctrinam viri doctissimi Hippocratis: de qua in. c. ne tales. de consecra. dictinc. vlti.

22 ¶ HABENT enim nutritores, qui eos non immoderato, & immundo cibo ac potu, sed cum summa moderatione ac compositione eis vt persuadēat. vt habetur elegantiffima. l. Regia. 5. tit. 7. 2. Partit.

23 ¶ PRÆTEREA nec eis virorum illustrium tractatus, virorumq; prudētum doctrina deficit: iuxta tradita per Raphaēl. Corne. & Doctores in. l. omniū. C. de testament. ex quibus proculdubio necessarium est eos imbui virtutibus.

24 ¶ ET hæc innata & acquisita virtus appellatur: & omnibus prædictis cōcurrentibus, herōica, id est, virtus super humana.

Et ideo antiqui Principes, herōes appellabantur. Et in authent. vt Iudi. sine quo quo suffragio. & itaq; Deo. glo. in verb. benignitate. ausa est asserere, in sola virtute clementiæ posse Principes esse Deo pares. Et illud Claudiani:

*Sit pius in primis: uā tum vincamur
in omni
Munere, sola deos æquat clementia
nobis.*

25 De quo infra latè in verb. ad clementiam pronus. Honestiori tamen, decentiori q; loquēdi ornatu, vt affolet, vsum fuisse Cicero nem legimus, in ea pulchra Oratione pro Quinto Ligario, dum agit de misericordia Cæsaris. ibi. Homines enim ad Deos nulla re propius accedunt, q; salutem hominib; dādo. Nec. l. Imperialis. C. de nupt. ab Accursio citata, in eo. & itaq; Deo. in authent. vt Iudi. sine quoq; suffrag. id voluit, nec velle potuit: ad quod Accursius eam allegat: sed id solū, nempe Principes ad imitationē Dei clementiā sequi, vt ibi, & in. l. fi. C. de dona. inter vir. & vxo. & in. l. fi. C. de testa. & in eo. & itaq; Deo. ibi. eius sequētes benignitatem.

26 ¶ IDEO antiquitus his virtutibus ornatos, Poētę Deos appellabāt Iouē, Apollinē, Mercuriū, & alios id genus: & præsumptio est pro Principibus, ex quò ex ta

li profapia descendunt. l. quod si nolit. §. qui mantipia. ff. de ædili. edic. iuxta illud: Gloria filiorum patres eorum. Prouerbio: 18. c.

²⁷ ¶ **HINC** exijt Boëtij dictū, Qui sua virtute pollet, & patrum habet imagines: magis præferendus est: quia præsumitur etiam magis virtutibus pollere. Eoq; gloriari Alfonso nonum Regem, Partitarum conditorem legimus, in Proœmio Partitarū; versi. E otro si. vbi videndus ample nouus Commentator.

²⁸ ¶ **QUEM** igitur Deus Omnipotens natura, nutrimento, educatione, difertissimorū, religiosissimorumq; virorum consilio, totius Regni prudentiæ copia: & quod in rebus humanis summum est, tā alta, virtutibus plena, christianissima, potētissima, fortissima, Principum profapia munivit, circumdedit, ac composuit: vt Tuam Celsitudinem, quem nisi herōem citabimus: cuius exempla Indies crescunt: orthodoxæ fidei professoris, eiusq; religionis deuotissimi, iusti, fortis, seueri, grauis, magnanimi, largi, benefici liberalis: quæ sunt Regiæ laudes: Quos & alias virtutes, quæ Regio culmini conueniunt, idq; eas habere decet, latius infra declarabo.

Non solum in hostilibus prælijs victor existat.

S V M M A R I V M.

- 1 VICTORIA à Deo datur.
- 2 Non in multitudine exercitus consistit.
- 3 Iudith historia enarratur.
- 4 Victoria anceps & incerta.
- 5 Iulij Cæsaris, ex Suetonio, verba, & nu. 6. & 7.
- 8 Natura sua victoria insolens & superba.
- 9 Effectus victoriæ describitur.
- 10 Ciceronis verba ad Cornificium.
- 11 Necessaria ad victoriam eleganter proponuntur.
- 12 Ars, & exercitium anteponitur multitudini.
- 13 Laudantur iure optimo Hispani hac in re, & nu. 14. 15. 16. 17.
- 18 Rei militaris ignari quam credant esse victoriam, & nu. sequent.
- 20 In bello, duces debent esse solliciti, & numer. seq.
- 22 Et à militibus percontantur sunt, quid de euentu belli sentiant.
- 23 In partim desperato, partim victore bello, non diffidendum, & nu. seq.
- 25 Continet ducem nosse magnā victoriæ partem.
- 26 Ars bellica necessaria est ad victoriam consequendam. & nu. seq.
- 28 Fames vincit sine ferro.
- 29 Aduersis rebus rara fides, & nu. seq.
- 31 Officium ducis & victoria consequuta, inculpabiles hostes seruandi sunt immunes.



VAE Victoria à Deo est, iuxta illud: Dñs Deus eius cū eo est: & clangor victoriæ

² riæ Regis in illo. Numer. 23. Nō enim in multitudine exercitus victoria belli: sed de cœlo fortitudo est. 1. Machabæ. 3. c. & illud Iudith. 5. Vbicunq; ingressi sunt sine arcu & sagitta, & absq; scuto & gladio: Deus eorum pugnavit pro eis, & vicit. Et nō fuit qui in sultaret populo isti: nisi quando recessit à cultu Dñi Dei sui. Quotiescunq; autem præter ipsum Deum suum alterum coluerunt: dati sunt in prædā, & in gladiū, & in opprobrium. Et. 2. Paralip. cap. 26. loquens de Ozia: Egressumq; est nomen eius procul, eō quod auxiliaretur ei Dominus, & corroborasset eū. Sed cū corroboretur esset: eleuatum est cor eius in interitum suum. Et illud Abacuch. 3. c. Deus Dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos quasi ceruorum: & super excelsa mea deducet me victor in psalmis canentem. Et in eo singulari Cantico Iudith. c. 16. Dñs conterens bella: Dñs nomen est illi. Et ibi de victoria Iudith gloriose occiso ab ea Holoferne: cuius victoriæ gaudiū per tres menses celebratū fuisse legimus eo. c. 16. Et propter crebras victorias, diuulgatū est nomē eius, qui eas adeptus est. 2. Paralip. c. 26.

⁴ ¶ **ET** victoria solet esse incerta. Incerti enim sunt exitus pug-

narum: Marsq; est cōmunis, qui sepe spoliante iam & exultante evertit: & perculit ab abiecto: vt inquit Cicero pro Milone: Et omnis belli Mars est communis, & semper incerti exitus præliorum sunt: Cicero Torcato epistolarū famil. li. 6. Et incertus est exitus, & anceps fortuna belli: Cicero pro Marco Marcel.

⁵ ¶ **QVOD** Iulius ille Cæsar in summa habuit obseruatiā, vt inquit Suetonius in eo Cæsare, in hæc verba. Nec nisi tēpore extremo ad dimicandū cunctantior factus est, quō sepius vicisset, hoc minus experiendos casus opinans, nihilq; se tantū acquiraturum victoria, quantū auferre calamitas posset.

⁶ ¶ **LICET** teste eodē Suetonio: Omnibus ciuilibus bellis nullam cladē, nisi per legatos suos, passus est: quorū C. Curio in Africa perijt, C. Antonius in Illyrico in aduersariorū deuenit potestati. P. Dolobella classē in eodē Illyrico, Cn. Domitius Calvinus in Pōto exercitū, amiserūt. Ipse prosperime semper, ac ne ancipiti quidē vnq; fortuna, præterq; bis, dimicauerit. semel ad Dyrrachiū, vbi pulsus, non instante Pompeio, negavit eum vincere scire. Iterū in Hispania vltimo prælio, cum

I 3 desperatis

desperatis rebus etiam de conficienda nece cogitauit. Hæc ille.

7 ¶ E T in prælio apud Dyrrachiū, vbi Cæsar victus est & fugatus, euasit tamen, quia nocte interueniēte Pompeius sequi noluit, Cæsarē dixisse fertur: Nec Pompeiū scire vincere, & illa tantū die se posse superari. vt per Eutropiū de gestis Romanorum, in cōiuratione Catilinæ, dū loquitur de bello ciuili execrando ac lachrymabili.

8 ¶ E T victoria natura est insolens ac superba. Cicero pro Marco Marcello.

9 ¶ E T licet omnia sint misera in bellis: miseriustamen nihil, quā ipsa victoria: quæ etiā si ad meliores venit, tamē eos ipsos ferociores, impotentioresq; reddit: vt etiam si natura tales non sint, necessitate tamē tales esse cogantur. Multa enim victori eorum arbitrio, per quos vicit, etiā inuito, facienda sunt. Cicero Marcello, epistolarū familiarū. li. 4. epist. 3.

10 ¶ E T idem Cicero Cornificio, familiarū li. 12. Bellorum ciuiliū hi semper exitus sunt, vt non ea solūm fiant, quæ velit victor, sed etiam vt ijs mos gerendus sit, quibus adiutoribus parta sit victoria. epistola. 2.

11 ¶ A D quam consequendam, aliqua solent præstare quæ hic inferre visum est: & primū, quod ait Vegetius de re mili. li. 3. c. 26. Nunquā ad certamen publicū pro duxeris militem: nisi cum eum videris sperare victoriam. Et inferius. Qui dispersis suis incōsultē insequitur, quā ipse acceperat, aduersario vult dare victoriam. vt ibi.

12 ¶ I N omni autem prælio, non tantā multitudo & virtus indocta, quā ars & exercitiū solent præstare victoriam. Nulla enim alia re videmus Populum Romanū sibi orbem subegisse terrarū, nisi armorum exercitio, disciplina castrorum, vsuq; militiæ. Quid enim aduersus Gallorum multitudinem, paucitas Romana valisset? Quid aduersus Germanorū proceritatem, breuitas potuisset audere? Hispanos quidē non tantū numero: sed etiā viribus corporū, nostris præstitisse, manifestum est. Aphrorū dolis atq; diuitijs, semper impares fruimus. Græcorum artibus, prudentiaq; nos vinci, nemo vnquam dubitauit. Sed aduersus omnia profuit tyronē solertem eligere, ius (vt ita dixerim) armorū docere, disciplinā quotidiano exercitio roborare, quæcūq; euenire in acie atq; in prælijs possēt, omnia

14 15 16 17 18 19 20
nia in cæpestrī meditatione prænoscere, seuerè in desides vindicare. Scientia enim rei bellicæ, dimicandi nutrit audaciam. Nemo facere metuit, quod se benedidicisse confidit. Etenim in certamine bellorum, exercitata paucitas ad victoriā promptior est, quā rudis & indocta multitudo, exposita semper ad cædem: idem Vegetius. c. 1. de re milita. lib. 1. Et Salustius de bello Iugurthino. fol. 84. dum agit de oratione Syllæ ad suos: Hortat, inquit, suos vt fortē animū gererent, sæpe ante à paucis strenuis, aduersus multitudinē bene pugnatū.

¶ P R A E T E R E A pleriq; rei militaris ignari, pleniorē victoriam credunt, si aduersarios aut locorum angustijs, aut armatorū multitudine circūderint, vt aditum non inueniant abscedendi. Sed clausis ex desperatione crescit audacia: & cum spei nihil est, sumit arma formido. Libenter cupit cōmori, qui sine dubio scit se esse moriturū. Ideoq; Scipionis laudata sententia est, qui dixit, viam hostibus qua fugerent, non esse muniendam. Nā cum abscedēdi aditu patefacto, mentes omnium ad præbēda terga consenserint, multi more peccorum trucidantur. Nec insequētium vllum periculum est, cum

victi (quibus defendi poterant) arma conuerterint in fugā. Hoc genere quantō maior fuerit exercitus, tantō facilius multitudo prosternitur. Neq; enim ibi requirendus est numerus, vbi animus semel territus, non tam tela hostium cupit declinare, quā vultum. Ceterum clausi, licet exigui numero & infirmi viribus: hoc ipso tamen sunt hostibus pares, quia desperantes sciunt aliud sibi licere non posse: nam vna salus victis nullam sperare salutē. idem Vegetius. c. 21. lib. 3.

¶ P R A E M I S S I S leuioribus artibus belli, ad publici cōflictus incertū & fatalē diem nationibus ac populis, ratio discipline militaris inuitat. Nā in euentu aperti Martis victoriæ plenitudo consistit. Hoc ergo tempore tantō magis ducēs debēt esse solliciti, quātō maior speratur diligentibus gloria, & maius periculū comitatur ignotus. In quo momento peritiæ vsus, pugnandi doctrina consiliumq; dominatur. Veteribus seculis mos fuit parco cibo curatos milites ad certamen educere: vt citatiores sumpta redderet esca, & longiore cōflictu non fatigarentur inedia. Obseruatur etiam ne longo spacio fatigentur milites, ne lassos post cursum equos ad publi-

cum praelium cogas : multum enim virium labore itineris pugnaturus amittit. Quid faciet qui ad aciem anhelus aduetat? Hoc & veteres declinarunt, & superiori nostra aetate, cum Romani duces per imperitiam non cauisent (ne quid amplius dicam) exercitus perdiderunt. **21** **¶** **CONDITIO** est lassum cum quieto, sudantem cum alacri, currentem cum eo qui steterit, inire conflictum. idem Vegetius. c. 11. li. 3.

22 **¶** **I P S A** quoque die qua certaturi sunt milites, quid sentiant, diligenter conuenit explorare. Nam formido vel fiducia ex vultu, verbis, incessu, motibus cernitur. Nec confidas fatis si tyro praelium cupit: inexpertis enim dulcis est pugna. Et noueris te oportere differre, si exercitati bellatores metuerint dimicare. Monitis tamen & oratione ducis, exercitui virtus accrescit & animus praecipue si futuri certaminis talem acceperint rationem, qua sperent se facile ad victoriam peruenturos. Tunc inimicorum ignauia vel error ostendendus est: vel si antea a nobis superati sunt, commemorandum. Dicenda etiam, quibus militum mentes odio aduersariorum, in iram, & indignationem moueantur. Animis penne omnium hominum hoc eue-

nit: ut trepident cum ad conflictum venerint. Sine dubio autem formidolosiores sunt, quorum mentes ipse confundit aspectus. Sed hoc remedio formido lenitur, si antequam dimices, frequenter exercitum tuum locis tutioribus ordines: unde & videre hostem & agnoscere consuecant. Interdum audeant aliquid ex occasione, aut fugent, aut interimant inimicos. Inimicorum mores, aduersariorum arma & equos recognoscant. Nam ea quae ex usu sunt, non timentur. idem capit. 12. lib. 3.

23 **¶** **S C I E N D V M** vero est, si pars exercitus vicerit, & pars fugerit, minimè desperandum: cum in eiusmodi necessitate, ducis constantia totam sibi possit vendicare victoriam. Innumerabilibus hoc accidit bellis, & pro superioribus sunt habiti, qui minimè desperarunt. Nam in simili conditione fortior creditur, quem aduersa non frangunt. Prior ergo de caesis hostibus spolia capiat, & (quod ipsi dicunt) colligat campum: prior clamore ac buccinis exultare videatur. Hac fiducia ita perterrebit inimicos, ita suis fiduciam geminabit: quasi victor ex omni parte discesserit. Quod si aliquo casu omnis in acie fundatur exerci-

tus perniciofa clade: tamen reparationis multis fortuna non defuit, & medicina quaerenda est. **25** **¶** **P R A E T E R E A** bonum ducem conuenit nosse magnam partem victoriae, ipsum locum in quo dimicandum est possidere. Elabora ergo, ut conferturus manum, primum auxilium capias ex loco: qui tantò vtilior iudicatur, quanto superior fuerit occupatus. In subiectos enim vehementius tela descendunt, & maiore impetu obnitentes, pars altior pellit. Qui aduerso nititur cliuo, duplex subit, & cum loco, & cum hoste, certamen. Sed illa distantia est: quod si de peditibus tuis victoriam speras contra equites hostium, loca aspera, inaequalia, montosa debes eligere. Si vero de equitibus tuis contra aduersariorum pedites victoriam quaeris: sequi debes paulò quidè editiora loca, sed plana atque patètia, neque syluis, neque paludibus impedita. authore eodem Vegetio. c. 13. eodem. li. 3.

24 **¶** **bus** maius solet esse discrimen, quam cum ex subita ferocia subito in formidinem commutatur. Sed quicumque euentus fuerit, colligendi sunt superstites, bello erigendi, adhortationibus congruis & armorum instauratione reuendi. Tunc noui delectus, noua quaeruntur auxilia: & (quod amplius prodest) captatis occasionibus in ipsos victores per occultas insidias impetus faciendus est: ac sic audacia reparanda. Nec oportunitas deerit, cum pro felicitate superbius & incautius mentes efferantur humanae. Si quis hunc casum vltimum putat, cogitet euentus omnium praeliorum, inter initia contra illos magis fuisse: quibus victoria videbatur. teste eodem Vegetio.

26 **¶** **E T** ad victoriam consequendam, necessariam esse artem bellicam. idem testatur. ca. 10. eodem lib. 3. vbi eleganter ait. Omnes artes omniaque opera quotidiano usu & iugi exercitatione proficiunt. Quod si in paruis verum est, quanto magis decet in maximis custodiri? Quis autem dubi-

tat artem bellicam rebus omnibus esse potiore: per quam libertas retinetur, & dignitas provinciae propagatur, & conferuatur Imperium? Hanc quondam relictis doctrinis omnibus Lacedaemonij, postea coluere Romani. Hanc solam hodie quoque Barbari putant esse seruandam. Caetera autem in hac arte consistere omnia, aut per hanc assequi se posse confidunt. Haec dimicaturis est necessaria, per quam vitam retineant: & victoriam consequantur, & faciunt. quae idem tradit li. 1. c. 1. & superius retuli.

27 ¶ **N** E C omittendum quod pulchre idem author scribit, eod. li. 3. c. 9. Conflictus, inquit, publicus duarum vel trium horarum certamine diffinitur: postquam partis eius, quae superata fuerit, spes omnis intercidit. Ideo omnia ante cogitanda sunt, ante tentanda, ante facienda: quam ad ultimum veniatur abruptum. Boni enim duces, non aperto Marte praelium in quo est commune periculum, sed ex occulto semper attentant: ut integris suis, quantum possint hostes interimant certe vel terreant. In qua parte quae necessaria admodum sunt, ab antiquis reperta perscribam. Praecipua ars & utilitas ducis est, ut adhibitis ex vniuerso exerci-

tu scientibus belli & sapientibus viris, de suis & hostium copijs, sepius tractet: omni (quae plurimum adulatione summoti nocet) vtrum maiorem numerum pugnatorum ipse an hostes habeant: vtrum ipsius, an aduersariorum homines magis armati sint & muniti. Qui magis exercitati: qui sint in necessitatibus fortiores. Quaedum est etiam, vtra pars equites, vtra pars pedites habeat meliores. Sciendumque in pedibus maximè consistere robur exercitus. Et inter ipsos equites, qui contatis, qui sagittarijs antecedant. Qui plures loricas induerit: quis vtiliores equos adduxerit. Postremo ipsa loca in quibus pugnandum est: vtrum inimicis an nobis videantur accommoda. Nam si equitatu gaudemus, campos optare debemus: si pedite, loca eligere angusta, fossis, paludibus, vel arboribus impedita, & aliquoties motosa: cui magis victus abundet, quam desit. Nam fames (ut dicitur) intrinsecus pugnat, & vincit saepius sine ferro. Maximè autem tractandum est, vtrum protrahi necessitatem expediat, an celerius dimicari: interdum sperat aduersarius expeditionem cito posse finiri: & si delatus fuerit in longum, aut penuria exercitus maceratur, aut desyderio suorum

suorum reuocatur ad propria: aut nihil magnum faciens, per desperationem abire compellitur: tunc fracti labore & tedio plurimi deserunt, aliquanti produnt, aliquanti se tradunt: Quia aduersis rebus rarior fides est, & nudari incipit qui copiosus aduenerat. Ad rem pertinet nosse qualis ipse aduersarius, vel eius comites optimatesque sint: vtrum temerarij, an cauti, an audaces, an timidi, scientes artem bellicam, an ex usu temere pugnantes: quae gentes cum his fortes, quae ignauae pugnauerint: nostra auxilia cuius fidei qualiumque sint virium, quos illius animos copiae, quos habeat noster exercitus, quae pars sibi magis victoriam repromittat. Eiusmodi enim cogitationibus virtus augetur, aut frangitur: Desperatibus autem crescit audacia adhortatione ducis: & si nihil ipse timere videatur, crescit animus si ex insidijs vel occasione aliquid fortiter fecerit, si hostibus aduersae res coeperint euenire, si vel infirmiores aut minus armatos ex inimicis poteris superare. Cauendum autem est ne dubitantem aut formidantem exercitum ad pugnam publicam aliquando producas. Interest vtrum tyrones, an veteres milites habeas: vtrum ante breue tempus in expeditionibus fue-

rint, an annos aliquot in pace durarint. Nam pro tyronibus accipiendi sunt, qui pugnare longo tempore desierint. Sed cum legiones, auxilia, vel equites, ex diuersis aduenerint locis, dux optimus & separatim singulos numeros per tribunos electos, quorum scitur industria, ad omnia genera exercere debet armorum: & post in vnum collectos, quasi depugnatos conflictu publico exercebit. Ipse saepius tentabit quicquid artis possint habere, quid virium: quemadmodum sibi ipsi consentiant, vtrum ad tubarum monita, ad signorum inditia, ad praecipua vel nutum suum diligenter obtemperent. Si errent in aliquibus, exerceantur atque doceantur quam diu possint esse perfecti. Si vero in campi cursione, in sagittando, in iaculando, in ordinanda acie ad plenum fuerint eruditi: nec sic quidem temere occasione captata ad publicam deducendi sunt pugnam: sed ante minoribus praелиjs imbuendi. Dux itaque vigilans, sobrius prudens, tanquam de civili causa inter partes iudicaturus adhibito consilio de suis, & aduersarij copijs iudicet. Et si multis rebus superior inuenitur, opportunum sibi non differat inire conflictum. Si vero aduersarium intelligit potiore, certamen pu-

blicum

blicum vitet. Nam pauciores numero & inferiores viribus superuentus, & infidias facientes, sub bonis ducibus reportauerunt saepe victoriam. Hæc ille.

31 ¶ **N E C** mihi obijciendū puto, quod ab Annibale Phormioni, qui cū aliquot horas de Imperatoris officio, & de omni re militari locutus fuisset: ac cæteri, qui eum audierant, vehementer essent delectati, ac ab eo quærerēt quid nam ille ipse de illo Philosopho iudicaret: Poenum illum Annibalem respondisse fertur: Multos se deliros senes saepe vidisse, sed quimāgis quā Phormio deliraret, vidisse neminem. Quod nihil arrogantius aut loquacius fieri potuerit, quā Annibali, qui tot annos de Imperio cū Populo Romano, omnium gētium victore certasset, Græcum hominem qui nunquā hostē, nunquā castra vidisset, nunquā deniq; minimam partem vllius publici muneris attigisset, præcepta de re militari dare? Cum his respondere possim: laborem diligentem ac fidelem, vt ea quæ apud diuersos Historicos, vel armorum disciplinam docentes, dispersa & inuoluta celantur, pro vtilitate publica, in mediū proferam: reprehensione carere debere, vt inquit Vegetius in ele-

gantī epistola ad Valentinianū, lib. 1. de re militari. Obtrectatorumq; si quis is fuerit, obsecro, me perpeciatur ac perferat: nam aut aliquid attuli, quod ei non displiceat: aut effeci vt eum non didicisse minus poeniteat, vt inquit Cicero lib. 2. de Oratore, dū agit de ea re inter Phormionem & Annibalem.

32 ¶ **Q V A** victoria habita: hi seruandi sunt, qui inculpabiles fuerunt. Tullius. 1. de Officijs. Magni viri est, rebus agitatīs, fontes punire, multitudinem cōseruare in omni fortuna recta, atque honesta retinere. Et rursum: Parta autem victoria, conseruandi sunt hi, qui non crudeles in bello fuerunt, non immanes: & infra. Mea quidem sententia, paci, quæ nihil habitura est insidiarum, semper est cōsulendum. Bella enim & prælia gerenda sunt contra violentos, adulteros, fures, & alijs prauis actibus intendentes: De-

us enim Deorum in illorum correctione placatur. 23. quæstione. 4. capit. si quos.

Sed etiam

Sed etiam per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellat.

S V M M A R I V M.

- 1 S E M P E R fuit studium legum obseruandarum.
- 2 Accursij expositio.
- 3 Male faciunt Iudices, suadentes reos delictum confiteri.
- 4 Iudex, qui publica persona est, maxime fidem seruare debet.
- 5 Nouiter considerat text. in l. 3. ti. 3. Partit. 7. pro communi, vt refert ex Cagnolo. nu. sequent.
- 7 Archidiaconi, & Hugutij contrariam refert sententiam.
- 8 Et cum superiori contraria opinione probatur. & nu. seq.
- 10 Consideratur. l. 2. ti. 16. Partit. 7. & concordantur nouiter dissidentes sententiar. nu. seq.
- 12 Diuersitatis ratio noua. & nu. seq.
- 14 Intellectus Regiæ legis datur.
- 15 Viginti duobus annis ius dixit Hispaniæ, in Pintiano prætorio Author, & Præfectus Gallatiæ nunc est meritisimus, etymologiaq; regionis Galletiæ pulchrè describitur.
- 16 Graue est fidem fallere.
- 17 Quæ fecerunt Romanos Imperare.
- 18 Fidei sunt obligati quoq; & Principes.
- 19 Quò fit vt Principes naturaliter obligantur ex contractu.
- 20 Eleganter declaratur epistola Inter claras. & nu. seq.
- 22 Immo ipse summus Deus obligatur, ex promissione.
- 23 Andreæ Siculi elegans decisio.
- 24 Reguli historia refertur.
- 25 Proditio est securitatem promittere delinquenti.
- 26 Inuehit contra Iudices excedentes poe-

- nas legales.
- 27 Bartoli, & Benedicti de Plubino insignis sententia. & nu. seq.
 - 29 Rurfus Baldi singularis ratio. & nu. seq.
 - 31 Limitatur prædicta assertio. & nu. seq.
 - 33 Maiores Magistratus qui sunt, & nu. 34. & 35.
 - 36 Praxim quotidianam docet. & nu. seq.
 - 38 Tertia limitatio traditur. eius reprobatio, Barbatia. nu. seq.
 - 40 Declaratur. l. diuus. de falsis.
 - 41 Concordia datur ad diuersas opiniones Romani & Barbatia. & nu. seq.
 - 43 Quarta limitatio adducitur.
 - 44 Pilati sententia reprobat.
 - 45 Quinta limitatio traditur, & nu. seq. Sexta & nouissima, nu. 47.
 - 48 Iudices non debent poenam legis demultere: quòd si facit, infamis est. nu. seq.
 - 50 Iniuriam facit legibus, qui clementem se contra ipsas ostendit, & nu. 51. 52. 53. & 54.
 - 55 Iudices non debent flecti, sed legum integritatem tustodire.
 - 56 Officiales qui maleficia simulant, puniendi sunt. & nu. seq.
 - 58 Iudices in poenalibus non debent esse crudeles, neq; seueri, neq; reum semper morti tradere. nu. seq.
 - 60 Quod fallit, in enotni delicto, ex Hippolyto.
 - 61 Concordia bona assignatur.
 - 62 Et limitatio concordia. & nu. seq.
 - 64 Secunda limitatio datur: & tertia. n. seq.
 - 66 Romani dictum, & eius confirmatio. nu. sequent.
 - 68 Vbi maius periculum, cautius consulendum.
 - 69 Iudex Ecclesiasticus, non ex officio, sed per accusationem procedens, poenam legalem mutare vel minuere non potest, etiam ex causa: secularis autem potest. & nu. seq.
 - 71 Post latam sententiam poena minui non potest, vidè vnam ampliationem, & tres limitationes, nu. 72. & 73. 74. & differētiam quādam inter mulctam poenam. nu. 75. & seq.
 - 77 Causæ augendi vel minuendi poenam sumuntur ex. 7. aut. 8. circumsstantijs, & nu. 78. & 79.

Causæ

- 80 Causæ autem minuendi pœnam. 64. traduntur per Tiraquellum.
- 81 Allegantur plures Doctores, à quibus causæ differendi sine executione traduntur: & liberandi à pœna. nu. 83.
- 82 Reus ad mortem condemnatus: eo die quo recipit Corpus CHRISTI, morti non debet tradi, sed alio die.
- 84 Absurdū, inhumani, & à iure alienum est, Iudicēs sine processu & sententia in criminalibus ad executionem properare: vbi redditur ratio, & traduntur aliquot declarationes.
- 85 Defensio reo auferenda non est, neq; per Papam, neq; per Imperatorem. Processus Iudicis nullis dilationibus cōcessis, est ipso iure nullus.
- 86 Defensionis facultas iure diuino est permissa.
- 87 Reperto in flagranti delicto, nullamq; defensionem habere dicenti: dilatio ad se defendendum danda non est. & nu. 88. & 89.
- 90 Etiam in notorijs citatio requiritur. Limitatur tripliciter. nu. 91. 92. 93. & 94.
- 95 Etiam in notorijs requiritur sententia.
- 96 Testis coram Iudice falsum deponens, ab eo puniri potest, absq; vlla alia citatione.
- 97 Clericus falsum deponens coram Iudice seculari: ab eo puniri non debet.
- 98 Vbi agitur de reddenda ratione administrationis officij: condemnatio in absentia partis fieri potest, vbi libris administrationis.
- Valet actus etiam parte non citata: vbi constat parti nullam defensionem cōpetere. & nu. 99.
- 100 Allegatur Hippolytus qui tradit. 60. casus in quibus valet actus parte non citata.
- 101 Reprehenduntur Iudices qui spreta appellatione sententias suas in criminalibus exequuntur. & nu. 102. & 103.
- 104 Cū est periculum in mora, Iudex ad executionem sententiæ procedere potest, spreta appellatione.
- 105 Allegatur Carrerius qui. 22. casus cumulat, in quibus non admittitur appellatio in criminalibus. & nu. 106. & 107.
- 108 Nemo extellium depositione in summaria informatione condemnari aut torqueri debet, nisi prius ratificentur. & nu. 109. 110. & 111.
- 112 Testes in sumario iudicio accepti, non probant, nisi reproducantur.
- 113 In causa hæresis reus non debet citari, ad testes cognoscendos, nec ad illorum iuramenta: quia eorum nomina occultanda sunt.
- 114 Testes pro reproductis & ratificatis, etiā ex consensu rei, haberi non debent quō ad pœnam corporalem. Propriæ defensionis quis renuntiare non potest, vbi expeditur glo. in l. pactum inter hæredem. de pact. & nu. 115. 116. & 117.
- 118 Reus de crimine accusatus per lapsum termini, non censetur malam causam habere. & nu. seq.
- 120 Iudex qui, ob suspicionem calumniæ, cōminatus fuit multam aliquam alterutri litigantium: si non probauerit in dilatione concessa: potest eam exigere ab eo deficiente in probatione. & numer. 121.
- 122 Absolutus ab excommunicatione, ad reincidentiam sub conditione, si eam nō adimplet: reincident in excommunicationem ipso iure. & nu. 123. & 124.
- 125 Debitor, cui Iudex præcepit vt intra certum tempus, alioquin se excommunicatum esse cognoscat, erit excommunicatus si in termino non soluerit.
- 126 Declaratur tit. cōminationes vel epistolæ.
- 127 Præceptum Iudicis, præcipientis aliquid ad suum officium non pertinens, non est seruandum. & nu. 128. & 129.
- 130 Litigantem calumniosum Iudex à iudicio repellere tenetur, quando Iudici constat de calumnia. Agentem sine actione Iudex tenetur repellere, etiam parte non petente, quando sibi constat ex confessione partis, vel ex actis processus, quod limita, vt ibi traditur. nu. 131. & 132.
- 133 Exceptionem euidenter calumniosam Iudex repellere debet, etiam actore nō petente. & nu. seq.
- 135 Calumniosè excipientem potest Iudex non solum non audire, sed etiam surdaure

- 163 Nemo innocens esse poterit, si accusasse sufficiat.
- 164 Declaratur. l. 11. tit. 1. Partit. 7.
- 165 Defenditur. 13. fundamentis ea consuetudo supra reprobata, qua Iudices Regij ex depositione testium in summaria non facta eorum publicatione, priuantur officio, vel aliter puniuntur. dicto nu. 165. cum. 33. sequentibus.
- 199 Inferuntur quatuor illationes ex prædicta opinione. & sequentibus.
- 137 Is contra quem est leuis calumniæ præsumptio, non est à Iudice repellendus.
- 138 Statutum requirens consilium sapientis, nō debet intelligi, vbi consiliū calumniosè peteretur, causa litis differendæ.
- 139 Non est admittendum compromissum calumniosum, etiam si statuto caueatur, vt causæ compromittantur.
- 140 Remissoria ad partes calumniosè petita, non est concedenda.
- 141 Calumniosè differens productionem instrumenti, postea producens illud: nō est audiendus, nisi prius reficiat expensas ob eam causam ab aduersario factas. & nu. seq.
- 143 Aduersus calumniā potest quis se calumniosè defendere.
- 144 Traditur ratio illius regulæ: Spoliatus ante omnia est restituendus.
- 145 Nemini vltionem sumere propria auctoritate, vel lus sibi dicere permittitur. & nu. seq.
- 147 Reprehenditur consuetudo qua Iudices Regios ex depositionibus testium, in summaria informatione, honore priuatos videmus. & nu. 148. Contrariū defenditur. nu. 165.
- 149 In criminalibus publicatio testium est necessaria.
- 150 In crimine hæresis testium depositiones, suppressis eorum nominibus, dari debent delinquentibus. & nu. 151. & 152.
- 153 Iudices contra se plures habent maleuolos. & nu. seq.
- 155 Contra Iudices nunquam testes deficiūt: nō solum veri, sed etiā falsi. & nu. seq.
- 157 Testibus falsum contra Iudices, maxime Regios, deponentibus: pœna capitis est imponenda.
- 158 Legibus præmia sunt proposita virtutibus: & vitij supplicia. & nu. seq.
- 160 Accusatores plures esse in Ciuitate, vtile est: vt metu coarceantur audacia.
- 161 Facilitas veniæ occasionem delinquenti tribuit. & nu. seq.



ANT V M legum obseruandarum studium eas tradentibus semper affuisse legimus, vt hisce verbis Iustiniani, quibus etiam idem ipse vsus est in l. 1. post princip. §. cū itaq; ibi. reperimus autem omnem legum tramitē. C. de veter. iur. enuclean. ac in Procemio. ff. §. itaq; procul dubio: ibi. & tramites, per quos ambulandum est. Summum etiam Pontifi. vti solitum, iure Pontifi. cautum sit. c. licet causam. ibi. quia tamen non volumus à iuris tramite declinare. extra. de probationibus. c. omnis qui. ibi. ne de Iustitiæ tramite deuians cadat. 45. distinctio. c. si. ibi. ac secundum Iustitiæ tramitem. 3. q. 9. quæ iura vix alibi ita congesta inuenientur.

¶ QVI tramites tripliciter ab Accursio exponuntur: quem sequitur Angelus, & transeunt cæteri. Quod tam in ciuilibus causis

sis, q̄ in criminalibus procedere, notum est: c. calumniam. extra. de pœnis. clementi. vt calūnijs. de re iudica. l. i. §. calumniari. cū simili. ff. ad Turpilianum. Et se calumniam odio habere, omnemq; tergiversationē auersari, inquit Iustinianus in §. 1. in authen. de executoribus, & his qui conueniuntur & reconueniuntur. colla. 7.

¶ E X hac igitur litera ita ornata, alijsq; iuribus confirmata, vltra omnes, plura singularia colliguntur.

3 ¶ E T illud primum, scilicet, non iure Iudices suadere reos, confiteri delictū: ac contra ius eis impunitatem, liberationēq; promittere. Non enim eomodo, sed per legitimos tramites, calumniantium iniquitates expellendæ sunt. vt est text. aureus hic. Fides igitur a Iudice promissa, seruanda est: nec virtute illius confessionis, per dolū extortæ, reus condemnari poterit: cum fides etiam hosti seruanda sit. c. noli existimare. 23. q. i. Cynus in .l. digna vox. C. de legibus. allegat pulchrum text. in .l. si. ff. de legatio.

4 ¶ I D E Oq; & Iudicem præferim, quia personam publicā ge-

rit, fidem seruare debere, per eaque Barto. scribit de duce. in .l. i. §. non fuit. ff. de dolo. In hac re cōcludit Decius in .l. ea est natura cauillationis. ff. de regul. iuris. & ante ipsum Imola Consi. 109. vna inquisitione prædicta. vbi ex pluribus asserit, ex ea cōfessione per dolū extorta a iudice, reū condemnari non posse. Sequitur idem Decius in .l. vna. i. & 2. lectura. 7. notab. C. de senten. quæ pro eo quod interest profertur. Hippolytus referens id dictum Imolæ mirabile & singulare. in .l. i. §. questioni. col. 2. in fine. ff. de questionibus. Is idem Hippolytus in Singul. 201. in cōfessum. in fine. Idem ipse Hippolytus Singul. 177. malitijs hominum. versi. ad idem facit. dicēs eo tempore quo iudicandi munereungebatur, se nunq̄ curasse facere reis eiusmodi promissiones.

5 ¶ E T pro ea opinione vltra omnes, soleo in medium asserre tex. illum elegantissimum. in .l. 3. versi. tu fulano. tit. 30. 7. Partita. vbi text. ponens modum formamq; interrogationum, vel eorum quæ Iudices ab his, qui torture subijciuntur, inquirere oportet. Ita iudicem eloqui debere ait, eumq; instruit, dicens: Dilo que fabes, y nō temas, que non

nō te farā ninguna cosa si non derecho: ac si diceret, non liberationē, vt ab eo veritas exquiratur, reo promittendā: sed id tantūmodo, scilicet, nihil iniustum, nihil contra ius, veritatis extorquendæ gratia, cōtra reum fieri debere: eumq; de ea re cōmonēdam, non autem circumscribendam, satis aperte eā. l. eautū est. Non enim monet Iudicem, vt per dolum verum exquirat: nec vt delinquenti liberationem, si crimen confiteatur, offerat, seu promittat: sed id solum quod, si verū fateatur, nihil contra eum, quod iuris non sit, se facturum significet.

6 ¶ E A Mq; opinionē in puncto iuris veriorē, approbatamq; .l. Regni penes me compertum est. Quam & communē asserit Hieronymus Cagnolus in .l. ea est natura cauillationis. nu. 19. ff. de regul. iuris, qui omnino videndus est.

7 ¶ C O N T R A R I A M tamen tenet Archidiac. post Hugut. in .c. vtilē. 22. q. 2. Dominic. in .c. nos in quenq̄. 2. q. 1. Felin. in .c. afferte. col. 2. in prin. de presūptio. vbi tamen subdit se vidisse aliquos Iudices, qui execratur talē simulationē Iudicū, promittētū impunitatē. Eandē opinionē

Dominic. & aliorū, sequitur Felin. in .c. accedens. 2. col. 2. extra. vt lite nō cōtestata. Eandē tenet Lucas de Pen. in .l. quoties. C. de pondera. & auri illa. super verb. sua fide. Lucas de Pen. in .l. i. C. de pal. & domi. Dominic. li. ii. Imola. in .l. is qui reus. col. 6. ff. de publi. iudi. Et hanc deniq; cōmunē asserit Hieronymus Chuchal. in additio. ad Decium in eā. l. ea est natura cauillationis. ff. de regul. iuris.

8 ¶ E O igitur in hac controuersia ventum est, vt vtraq; opinio a iurium professoribus cōmunis censeatur: & pro vtraq; multa adduci possent, quæ a doctibus, in eis locis quæ suprā relata sunt, traduntur.

¶ C V M autem nostrū sit, non membranas occupare, sed breui compendio eius contentionis veram resolutionem literis mandare:

9 ¶ P R I M A M opinionem hodie Regijs constitutionibus veriorē iudico, ex eā. l. 3. tit. 30. Parti. 7.

10 ¶ N E C obstat si quis in ea re adduceret textum singularem in .l. 2. tit. 16. Parti. 7. quæ videtur decidere, causa capiēdi latrones

ac delinquentes, poffe Iudicē vti dolo ac fimulatione: nec teneri fidē feruare. vt videtur. i. facie pulcher casus ibi: per quē confiderabā aliquando vltra omnes, an hęc Doctōrū diuerfæ fentētīe ad concordīā reduci poffent: ita fcilicet, quōd prima opinio pro cederet, poffq̄ reus eft captus, & in carceribus detētus: & agitur de confefione delicti, per eum perpetrati, extorquēda: promiffa eidē delicti venia, quod non licet: fecus verō fi promittitur ei venia anteq̄ capiātur, caufa eum capiēdi, & ducēdi ad carcerem, quod licet, vt cauetur ea. l. 2. tit. 16. Parti. 7. & ita procedat. 2. opinio.

12 ¶ E T diuerfitatis ratio vltra omnes effe poterit. Quia hoc. 2. casu, non de pœna ei inferenda agitur, fed de eo custodiēdo, vt delictum inquiratur. l. incredibile. C. de poenis. l. mādatis. l. aut damnum. §. folent. ff. illo tit. c. quamuis. cum ibi plenē traditis. de poenis, in. 6. fed. i. casu postquam captus est, ac in carceribus detētus, cōfefsio tēdit ad pœnā ei infligēdā, iuxta materiā tex. in. l. 1. §. item illud. ff. ad Sillania. Et ideo nimirū, fi strictius ea res intelligenda est, in qua agitur de pœna reo infligēda. q̄ vbi de reo in carcerē mittendo, ibiq; custo-

diendo, vt delicti veritas elucefcatur. argum. regulā in pœnis. de regul. iuris. li. 6. & legis interpretatione. & l. 1. sanctio legum. ff. de poenis.

13 ¶ H V I V S tamen concordie fuco seu colore seposito, primā opinionē, quæ etiam. l. illius Regiæ. 3. tit. 30. Parti. 7. autoritate innititur, amplector.

14 ¶ N E C ei obstat lex Regia. 2. tit. 16. Parti. 7. quam supra ponderaui: licet enim in sui principio generaliter disponat, bonū dolum effe, qui bona fide fit, & bono zelo, fcilicet, caufa capiendilatrones, ac aliorū criminum reos: non tamē illa generalitas ita intelligenda est, vt etiam si a Iudice fides reo promiffa fit, de eo non puniēdo, seu liberando, si delictū fateatur: eam fidem non feruandā afferamus: cum eadē lex in sui fine oppositum disponat. Inquit enim, (Pero como quier que pueda home enganar a sus enemigos: con todo effo no lo deue fazer en aquel tiempo q̄ ha tregua o seguridad con ellos.) Sequitur, & facit (porq̄ la fe, è la verdad q̄ home promete: deue la guardar enteramente a todo home, de qualquier ley q̄ fea, maguer fea su enemigo.) Precedētia enim a sequētibus declaranda,

da, notum est. c. inquisitioni. & c. 2. requiris. & ibi Pañor. extra. de appellatio. Pulchre Iafon in. l. talis scriptura. ff. de legatis. i. Fufius Iaf. in. l. 1. ex eo. tex. C. de

15 ¶ E T ideo viginti duobus annis, quibus tam in caufarum criminaliū, ciuiliūq; cognitione, in Pintiano prætorio iudicandi munere functus sum: ac exinde ad hoc Regium Galliciæ prætorium a Regia Maieftate missus, vt Regētis titulo ei præfiderem. De qua Gallacia (secundum antiquā literam, ac impressiōnem, vel secundum recentiorē Gallicia.) meminit text. cū glo. in. c. cum loge. 63. distinct. quam ita appellat Isidorus, li. 14. Etymologiarū. c. 4. quam venustiori, latinoq; dicendi ornatu Galliciā appellandā arbitror: cum eius nationis homines Gallici appellantur, teste Plinio. li. 3. naturalis histo. c. 3. ad fin. dum agit de Hispania citeriori. ibi Gallici, Semper & vbiq; eam simulationem execratus sum: cum per legitimos tramites, calumniantiū iniquitates expellendæ sint. Qui enim vadit planē, vadit sanē. vt vtar verb. Baldi in. l. nō solūm. §.

annus. 2. ibi rectā viam dirigens non eam quæ est ex circuitibus. ff. de excusationibus tutor.

16 ¶ G R A V E enim est fidē fallere. l. 1. in fine principij. ff. de cōstitū. pecu. & inciuile est fidē frangere. l. 1. §. merito in fi. ff. de pofiti. Nihil enim est tam congruū humanæ fidei, q̄ fidē feruare. l. 1. in prin. ff. de pactis. & illic. Bald. citans Aristo. in. li. qui dicitur, Secreta Secretorū, inquit Arist. ad monuisse Alexan. vt fidē & promiffa feruaret: aliās malus finis sequeretur: & tenacissima fidei obseruatio, summē commendatur. l. 1. circa prin. ff. de censibus.

17 ¶ A D E O quod inter tria quæ fecerūt Romanos dominari, scilicet, sanum consiliū, in Republica secreta tenēdo, & priuata paupertas: tertium fuit, dictis suis pertinaciter inherere, non frangēdo fidē: authore Martino de Laude, in tracta. de Consiliarijs Principū versu. 2. incipiēte consiliarij Principis nō debēt. vt legitur, secundū eum, apud Valerium maximū li. 1. tit. de insti. anti.

18 ¶ N E C enim priuatos tantum modo: verum etiam Principes fidei obseruationi astrictos, tradunt omnes. in. l. digna vox. de legibus. & in. l. donatio.

nes quas diuus Imperator. C. de donatio. inter vir. & vxor. ex ea. l. Cæfar. ff. de publican. & veterigal.

19 ¶ **H I N C** dicere solemus, Principem obligari saltem naturaliter, etiam ex contractu inito cum subdito: vt singulariter probatur in. c. 1. de probatio. extra. auctore Antonio Panor. Imol. Felino: Fusifio, & illic Decio.

20 ¶ **H I S** accedit pulcher tex. in epistola Inter claras. ibi. nihil est enim. quod lumine clariore perfulgeat, quæ recta fides in Principe, & obseruatiua. C. de Summa trinitate & fide catholic. cum maxime Regibus ac Principibus conueniat illud verbum: Semel locutus est Deus. & iterum: Quod scripsi, scripsi. Vnde Princeps vnum calamum, & vnam linguam habere debet, non plures: quia scriptum est: Quæ processerunt de labijs meis, non faciunt irrita. Et ideo debet esse immobilis, sicut lapis angularis: & sicut solus in coelo. Verba sunt elegantia Baldi: quæ millies citare solent iurium interpretes, Baldi inquam Consi. 327. Pridie enim consului sub sigillo. 1. parte. Et idem in Summo Pontifice, secundum Panor. in eo. c. 1. de

probationibus.

22 ¶ **E T** nedum Principem, Summumque Pontificem ex promissione obligari: verum etiam ipsum summum Deum. auctor est Baldus, in ea. l. 1. in prin. ff. de pactis. referens Magistrum Sententiarum: & inquit Andreas Sicularius in eodem. c. 1. col. 8. nu. 13. ipsum Deum saepe ex pacto ac iuramento se obligasse, ac seruasse pacta, iuramentaque a se prestita. Ad quod ultra eum facit illud Genesis. c. 6. ibi. Ponamque foedus meum tecum. & latius Genesis. c. 9. ibi. Statuam pactum meum vobiscum. & ibi, Hoc est signum foederis, quod inter me & vos. & ibi. Erit signum foederis, quod do inter me, & inter terram: & ibi. recordabor foederis mei vobiscum. & illud. 2. Esdrae. c. 9. ibi. & percussisti cum eo foedus, vt dares ei terram: & implesti verba tua, quoniam iustus es. Et inferius eodem. c. Nunc itaque Deus noster, magne, fortis, & terribilis, custodiens pactum & misericordiam. Et illud Genes. 22. c. Per memetipsum iuravi, dicit Dominus. Et Exodi. 13. ibi. Iuravit patribus tuis, vt daret tibi terram fluentem. Et inferius: Cumque introduxerit te Dominus in terram Chanaan, sicut iuravit tibi

tibi & patribus tuis: Et Deuteronomio. c. 7. Dilexit vos Dominus, & custodit iuramentum quod iuravit patribus vestris: Et inferius: Et scitis quia Dominus Deus tuus ipse est Deus fortis & fidelis, custodiens pactum & misericordiam diligentibus se. Et subdit Andreas Sicularius in eo loco aliud, quod est admirabile, secundum eum: Etiam demonem, qui mendax est, aliquando pactum a se promissum, seruasse.

24 ¶ **N E C** illud prætermiserim memorabile facinus Reguli: qui captus a Poenis, duce Xantippo Lacedæmonio, & iuramento prestito, quod rediret: missus est Romam, pro commutandis captiuis. Quo vt venit, dissuadens patriæ captiuos reddi: illos enim adolentes esse, & bonos duces, se iam senectute confectum. Cuius cum valuisset auctoritas, captiui retenti sunt: ipse se Carthaginē rediit: neque eum charitas patriæ retinuit, neque suorum: cum non ignorabat, se ad crudelissimum hostem, & ad exquisita supplicia proficisci: sed iustum conseruandum putabat. vt hæc & alia præclara de eo refert Tullius li. 1. & 3. de Officijs. Tradit Lucas de Pen. in. l. 1. col. penul. versu. Nonum est, foedera & promissa seruare. C. de vetera-

nis. li. 12. Et de eo Attilio Regulo meminit iuriconsultus in. l. postliminijus §. captiuus. ff. de captiuis & postliminio reuer. Grauius enim viro grauius est fidem fallere. l. 1. in prin. cum glo. in verb. graue. ff. de constit. pecun. Tradit Bertrandus. Consi. 1. nu. 47. cum sequenti, vol. 1. Non enim æquum est, vt qui cum Iudice contrahit, eius auctoritate circumscribatur. l. 1. in fine. vbi pulcher. tex. C. de his qui veni. æta. impetra.

¶ **E A N D E M** opinionem quam supra amplexus sum, tenet etiam Angelus, in Summa, in verb. si des. in prin. Hippolytus Consi. 32. col. 4. dicens, hoc esse iuri & æquitati consentaneum. Idem in ea controuersia tenet Hippolytus in praxi causarum criminalium. §. postquam. col. 2. Albericus in. l. obseruandum. in fine. ff. de officio præsi. vbi eleganter ait. Delinquenti securitatem promittere, ac deinde eum punire: proditionem esse.

26 ¶ **S E C V N D O** infero contra Iudices, in puniendis delictis volentis excedere poenas legales, quod nullatenus est faciendum. vt satis aperte tradit hic Iustinianus. Facit pulcher tex. in sui ratione, in. l. si ita stipu-

stipulatio. ibi. quia contenti esse debemus poenis legibus comprehensis. ff. de verb. obli.

27 ¶ E T quod notanter tradunt Barto. & Benedictus de Plumbino. in. l. Si quis dicat. per illum tex. ibi. utiq; non maiorem ex ea causa poenam constituturus. ff. de manumif. tit. generali: afferentes poenam a patre filio impositam, vel imponendam, non posse excedere poenam legalem: quod est notandum ad restrictionem. l. si filius. C. de patria potesta. & totius tituli. C. de emendatio. propinquorum.

28 Addere enim poenam poenis, iam appositis: est detestabile, insolitum, incongruum, inhonestum, & iniustum. ut in simili in pulchro casu dicit Hippolytus Consi. 21. col. 7. nu. 48. allegat in argumen. l. boves. §. hoc sermone. ff. de verbor. signifi. & l. fidei commissa. §. si quis decem. ff. de legat. 3. cum similib. ut ibi per eum.

29 ¶ E T inquit pulchrè Baldus in. l. incredibile. C. de poenis: Iudices non posse imponere noua genera poenarum, vel poenas insolitas: quia certè sunt poenae à iure & consuetudine inductae: à quibus Iudex discedere non debet. l. moris. §. istae ferè. ff.

de poenis: & est elegans lex Regia. §. titu. 31. 7. Partit. Idem Paris de Puteo in tractatu de sindicatu, verb. poena. versic. an Iudex qui debebat imponere delinquenti. vbi inquit, quod illae poenae insolitae, sunt poenae tyrannorum. Et alibi pulchrè Bald. in. l. 1. i. versic. quæro nunquid aliquis. C. qui non possunt ad liberta. peruenire. dicit: non posse Iudices imponere extranea genera poenarum, de quibus nulla lex meminit. Allegat tex. notabilem in. l. aut damnatum. §. vita adimitur. ff. de poenis.

30 ¶ E T quod Iudices in puniendis delictis, non debeant excedere poenas legales, sed esse contenti poenis à legibus statutis: est casus elegans, què ultra omnes Doctores soleo ponderare, in allegata. l. si quis dicat. ff. de manumif. tit. generali, sumpto argu. de dominis ad Iudices, quod est validum: cum domini sint quasi Iudices in seruos. l. quid ergo. 1. §. si hæres. ff. de legatis. 1. l. penul. ff. de conditio. causa. dati. per quæ iura hoc argumèto vtitur Bald. in. l. vna. in fine. C. de emendatione seruorum: bonus tex. in. l. 1. §. calumniatoribus. ibi. poenae. verb. persecutio non eius voluntati mādatur, sed legis

legis auctoritati reseruatur. ff. ad Turpilianum.

alibi sæpe.

31 ¶ QV AE conclusio limitanda est Primò, nisi ex causa. Ea enim subsistente, nulli dubium, quin Iudices possint poenas legales excedere. ut legitur & notatur in. l. quid ergo. §. poena grauior. ff. de his qui notantur infami. & in. l. etsi seuerior. C. ex quibus causis infam. irroga. Tenet Bal. & ibi latissimè Andraeas Siculo, Felinus, & Decius, post Innocen. doctrinam ab omnibus celebratam, in. c. 1. de constitutio. Andraeas, inquam, Siculo. col. 23. cum tribus sequentibus. Felinus. 7. fallentia: Decius. 2. lectura. col. pen. versic. 3. & ultimo. latè Iason in. l. 1. col. 2. C. de precibus Impera. offeren. Iason in. l. cum seruus. col. vltima. versic. limita istam conclusionem. ff. de conditio. causa. data. Et pro ea est tex. singularis in. l. si quis filio exhaeredato. §. hi autem omnes. in fine. vbi pulchrè Romanus. 4. notab. ff. iniust. rup. pulcher tex. in. c. foelicis. §. cæterum. de poenis. in. §. l. si. §. ne tamen. C. de modo mulctarum. Et est tex. valde solennis in. l. si hominem. ff. mandati. quem dicit vnicum & singularem Baldus in. c. 1. col. 5. versic. quæro pone. ut lite non contesta. &

32 ¶ S E C V N D O limitanda est, ut procedat in maioribus Magistratibus tantum, quibus istud licet: secus in minoribus. Ita Bald. Saly. Paul. Castren. Franciscus de Aretio, & Iason. in authen. hodie. C. de iudi. ut singulare refert & sequitur Iason, dicens: perpetuò cordi tenendum. in. §. ex maleficijs. col. 2. nu. 15. Institu. de actio. Idem Felinus in eo. c. 1. septima fallentia, circa finem. Et ibidem Decius. 2. lectura, in fine. Iason. in. l. 1. col. penul. C. de precibus Impera. offeren. Iason. in. l. cum seruus. col. vltima. versic. 1. dico. ff. de conditio. causa. dati. Iason in. l. qui iurisdictioni. nu. 5. ff. de iurisdictione omnium Iudicum: Decius. in. l. pacta nouissima. col. 2. versic. & ideo minores Magistratus. C. de pactis. Hippolytus singul. 244. tu scis illud. vbi inquit, doctrinam Innocentij in eo. c. 1. procedere in maioribus Magistratibus tantum, quibus hoc licet: secus in minoribus Magistratibus, ut in potestatibus terrarum, qui non possunt leges vel statuta transgredi, etiā propter enormitatem delicti.

33 ¶ S E D hic insurgit dubium: qui dicatur in hac materia maiores

K 4 Magi-

- Magistratus. Et Baldus in eo. c. 1. col. 2. vers. quero. vna cū Innocentio, de constitutionibus, inquit: Maiores Magistratus esse Præsides, & Potestates Ciuitatum, habentes merū imperium, & sic altam iurisdictionē: cuius oppositum clarē vult Hippolytus singul. supra citato.
- 34 ¶ S E D concludendum est, maiores Magistratus in proposito esse Iudices perpetuos: temporales autem, dicuntur minores Magistratus. Ita eleganter Paulus Castrensis, in authen. hodie. quem sequitur & cōmendat Iason ibi. C. de iudi. Iason in. l. 1. col. penul. in fine. C. de precibus Imperat. offerendis.
- 35 ¶ E T si quærat, qui dicantur Magistratus perpetui: vide fortē melius quā alibi, declaratum per Alciatū. in. l. Præsidis prouinciæ officiales. ff. si certum petita. vbi dicit, quod Iudices quos solet Princeps in officijs diutius relinquere, nec facile remouere, vt sunt Consiliarij, & similes, dicuntur perpetui. l. iurisperitos. ff. de excusatio. tutor. Alij autem, etiam si arbitrio Principis constituentur: solent tamen citō submoueri, vt puta infra bienium, vel triennium &c. non dicuntur perpetui. vt ibi per eum.
- 36 ¶ Q V O D ad praxim quotidianā notandū est. Hodie enim in omnib' titulis officialiū, ponitur illa clausula: durante voluntate Principis: & tamen nō ideo minus dicuntur perpetui: intelligendo vt supra declarauī. Facit tex. & quod ibi Barto. in ea. l. iurisperitos. ff. de excusatio. tutor. Officialis enim positus ad beneplacitum Principis, æquiparatur perpetuo, propter incertitudinē. iuxta glo. notabilem. in clemen. & si principalis. in verb. per electionem. de rescriptis: glo. in. c. si. in verb. perpetuas. eodem tit. in. 6. Facit. l. sufficit. ff. de condictio. indebi. Tenet Bart. in. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. q. 3. de operis noui nuntia. vbi cōmendat tex. in ea. l. iurisperitos. Tenent Petrus de bella per. Cy. & Bald. & Ioan. Faber. in. l. quisquis. C. si certum petita. Angelus, Alexander, & Iason. in. l. principalibus. ff. illo tit. si certū petita. vbi Alexan. hanc interpretum communem sententiam asseuerat. Tenet Ioannes Mōtanus in tractatu de authoritate magni confinu. 154. vers. propter quod. dicens: Consiliarios & officiales, qui ei muneri ad beneplacitum Principis cōstituti sunt, dici perpetuos. Tenet Bald. in. l. solent. §. si. 4. q. ff. de officio procons. & lega.
- 37

- & lega. & latē Paris de Puteo in tractatu de sindica. verb. officiales perpetui. Ample Benedic. in repetitione. c. Raynutius. verb. duas habens filias. fol. 15. nu. 37. vsq; ad. 48. de testamen. vbi latē & singulariter loquitur.
- 38 ¶ T E R T I O limitanda est, dummodo superior consulatur. Ad id enim, vt fiat transgressio pœne legalis, eam augendo, consulendum esse superiorem: Iudicemq; ex seipso hoc statuere nō posse. eleganter ait Ludo. Romanus in repeti. l. si verō. §. de viro. 46. fallentia. vers. vlti. probatur. ff. de soluto matri. & est tex. singularis. eo. authore. in. l. diuus. vltima. secundum cōmunē intellectum glo. in. verb. peti possunt. ff. de falsis. Iason in. §. ex maleficijs. col. 2. in fine. Institu. de actionib. vbi summē cōmendat illam decisionem Romani: licet ea. l. diuus. non videatur hoc vrgenter probare, secundum eum. Eandem limitationem sequitur Decius in eo. c. 1. col. penul. in fine. 2. lectura. licet ille
- 40 ¶ S E D considerandum est, textum in ea. l. diuus. secundum secundam expositionem glōse super verb. peti possunt. optimē probare limitationem Romani. Et ita potest responderi hæsitationi Iason. Andræ. Sicul. & Decij, vbi supra. Pro qua limitatione est tex. notab. in simili, in. l. 1. in. fine. ff. de quest. tex. in. l. legati. in. fi. ff. de pœnis. Id tamen verū est, solum Bartolum, (quia alij nil tangunt) in ea. l. diuus. primum intellectum glōse sequi velle: dum vult de falsitate, de qua in ea litera, eum Iudicem punire debere, qui aliās auctoritatem puniendi habeat: & qua si careat, remittere ad maiorem Iudicem: ex eo textu, vt ibi per eum: & hoc modo intelligendo, textus ille non probabit eam limitationem.
- 41 ¶ S E D limitationem Romani approbantes: ad concordiam opinionum dicere possumus, quod aut superior est præsens: verbigratia, in Ciuitate vel loco propinquo, & tunc superior est consulendus: aut est absens in loco remoto, & tūc secus: per
- 39 ¶ E T hanc limitationem Romani improbat Andræas Siculus, in eo. c. 1. col. 26. nu. 161. vers. nec obstat dicens. l. diuus. loqui in Iudice qui habebat iurisdictionem limitatam: sed dictū Innocē. in eo qui habebat altam iurisdictionem, vt latius per eum ibi.

tex. notab. in. c. 1. §. fi. ne sede vacant. lib. 6. & per ea quæ in simili tradit Panor. in. c. dilectus. 2. col. 1. de appellatio. in illa. q. an a delegato Episcopi possit appellari ad Vicarium ipsius Episcopi, an verò sit necesse q̄ appelletur ad ipsum Episcopum: & distinguit, vtrum Episcopus sit præfens, vel absens, vt supra declarauit. Et eam concordiam ponit Feli. in eo. c. 1. col. 15. vers. nihilominus. vbi dicit, q̄ omnia iura loquẽtia de transgressione legis, ex causa, existimat limitanda, vt non procedat, quando superior consuli posset. Et ibi subiungit, fatendum esse, q̄ vbi superior adiri non potest, & periculum est in mora: procedunt iura dicentia, ex causa licitum esse iura transgredi. ex eo. c. vni co, ad finẽ. ne sede vacante. lib. 6. & ex eo quòd ait singulariter Innocen. in. c. venerabilem. de electio. in fine. vbi inquit, etiam iuramento licito posse quẽ contrahere propria auctoritate, si necessitas vrgeat, & nõ possit haberi superior, a quo petatur absolutio. Sequuntur Doctores ibi. & Bald. in. l. non dubiũ. col. penul. vers. & conclude. C. de legibus: & vltra Felinum. facit tex. notab. in. l. qui cædem. ff. de sicar. Eandem concordiam satis sensit Decius in eo. c. 1. 2. le-

ctura. col. penul. vers. & ista conclusio. de constitutio. dicẽs: vbi superior consuli potest, tunc recurrendum ad eum.

43 ¶ QVARTO limitanda est, nisi ageretur de aliquo innocente seu innoxio, indebitè puniendõ. Quo casu etiã si esset magna causa, vt sedationis, tumultus populi: nõ tamen propterea innocens punietur: licet enim ex ea causa accelerari debeat exactio poenarum: & licet poena reo citius imponenda sit, vt cesset tumultus populi: vt est casus in. l. qui cædem. ff. de sicar. ob eam tamen causam, innocentem non puniendum, ea. l. cautum est. Facit. l. absentem. ff. de poenis. Vanæ enim voces populi non sunt audiendæ. c. Osius Episcopus. de electio. l. decurionum. C. de poenis. ita Angel. & Hippolyt. in ea. l. qui cædem. ff. de sicar. Sicut enim, fauore populi, condemnatum liberari iniustum est. l. ad bestias. ff. de poenis: sic nec, ipsius furore, innocentem condemnandum cauetur in ea. l. decurionum.

44 ¶ EX quo infert glo. fi. in ea. l. decurionum: Pilatũ malè fecisse. Inter alia enim plurima, in quibus iniustissima illa sententia peccauit: illud vnum extitit,

tit, quòd ad furorem populi lata fuit, & sic seueriter. iuxta illud Poætæ. i. Aeneidos.

Senuitq; animis ignobile vulgus.

& habetur Lucæ. 23. c. At illi succlamabant dicentes. Crucifige eum. & Instabant vocibus magnis postulantes, vt crucifigeretur. Et inualescebant voces eorũ. vt notabiliter tradit Guiliel. Benedic. in repe. c. Raynuntius. in verb. mortuo itaq; testatore. i. fol. 375. nu. 237. a quo vsq; ad nu. 257. ponit sex causas ad detegendam notoriam iniustitiam & iniquitatẽ illius sententia: de quibus etiam videndus est latius Chassenæus in suo Cathalogo gloriae mundi. 4. parte. 6. consideratione. vbi elegantissimè. Ludo. Montaltus in eleganti tracta. de reprobatione sentent. Pilati, hodie in. 8. volu. Tractatum.

45 ¶ QVINTO limitanda est, vt procedat in causis arduis, bonum statum Reipublicæ concernentibus: aliàs secus, secundum Salycetum, notabiliter in ea athen. hodie. Sequitur Iason in l. cum seruus. col. 3. vers. 2. & adhuc notabiliter limita. ff. de conditionib; caus. dat. vbi exemplificat in casu. l. si quis filio exheredato. §. hi autem omnes. ff.

de iniust. rup. Hæc quoq; limitatio est demente Baldi, in. c. 3. in fine. de re iudica. dum dicit eam doctrinam Innocentij in eo. c. 1. multum defendere assessores, qui pro bono publico quandoq; statuta transgrediuntur. Idẽ Bald. in. l. obseruare. §. proficisci. q. 11. de officio procons. & lega. vbi ex ea Innocentij doctrina in eo. c. 1. de consti. inquit, excusari officiale in sindicatu, qui ob multorum salutem leges vel statuta transgressus est, argumen. l. penul. C. de feri. cum simi. vt ibi per eum. Eandem limitationem tenet Iason in. l. 1. col. vltima. C. de precibus Impera. offeren.

46 ¶ QVOD & ad eam rem facit, qua scriptum est Serenissimã Isabellã Hispaniæ Reginam, grauissimæ morti furiosum quẽdam tradi iussisse, eo q̄ Catholicum Regẽ, furore accẽsus, vulneravit: ne tantum scelus impunitum remaneret, & merito: licet aliàs infans vel furiosus, si hominẽ occiderit. l. Cornelia. nõ teneatur: cum alterũ innocentia cõsiliij, alterũ fati infelicitas excuset. vt cautũ est in ea pulchra l. infans. ff. de sicar. & de eo casu Regis Catholici meminit Hippolytus in. l. 1. col. 7. nu. 62. in fine. vers. & hac ratione. ff. de sicar. vbi concludit, furiosum maxi-

- maximum & atrocissimum delictum committentem, non obstante furore, puniri posse.
- 47 ¶ **VLTIMO** limitanda est, vt procedat ante sententiã, aliã fecus. vt dicam infra de diminutione poenã. Et est casus de vtroq; iure nostro Regio in. l. 9. post medium. tit. 31. 7. Parti.
- 48 ¶ **TERTIO** principaliter infero contra Iudices mitiorem poenam reo imponentes, q̄ a. l. statuta sit. Quod regulariter nõ licet, vt supra dixi de augmẽto poenẽ cum per legitimos trames procedere debeant, vt hic.
- 49 ¶ **IVDEX** enim mitiorẽ poenam, quã a. l. statutam, reo imponens, est infamis. tex. est multum singularis in. l. seruos, in fi. C. ad legẽ Iuliã de vi publica: Et est dictũ Hostiens. vnicũ in mundo, Legistis incognitum, Canonistis autem cognitum: per leges tamen nostras, quod est vilipendium nostrũ. in. c. de causis. de officio delegati. relatum per Ioan. Andrã. in Nouella, vt singulariter tradit Romanus prædicta referens, Singulari. 77. veni quã tu habes & c. Et ibi subiungit Romanus, tales Iudices vltra poenam infamiã, puniri alia poena: scilicet, eadem, quam ipse reus puniendus erat. tex. est vnicus, secundum eum, in. l. 3. in fine. C. ne sanctum baptisma iteretur.
- 50 ¶ **INIURIA** enim facit legibus qui vult se clementiorem videri, q̄ ipsã leges: vt per Bald. in. l. hac lege. col. 2. C. de senten. ex breui recitan. Et est pulcher tex. cum glo. notabili. in. §. oportet. in. verb. non videri. in authen. de iudi. colla. 6.
- 51 ¶ **ALIBI** inquit tex. notabi. in. l. 1. in. fine. C. de deserto. & occultator. li. 12. poenã infamiã & amissionis bonorũ incurrere Iudicem, qui gratiã ductus vel dissimulatione, poenam a lege statutam delinquenti non imposuerit. Et ibi commẽdat Barto. illum tex. dicens, facere contra capitaneos Perusij, qui male factores simulant, vel non puniunt.
- 52 ¶ **ALIBI** verò lex eos punit, tanq̄ conscios criminis perpetrati, quòd punire neglexerunt. vt. in. l. 2. in fine. & ibi bona glo. quã allegat multa iura ciuilia, & canonica. C. de commertijs & mercatoribus.
- 53 ¶ **ALIBI** verò tales Iudices puniuntur vt committentes crimen

- crimen læsæ Maiestatis. vt in. l. vnica. C. de priuat. carcerib. inhiben. cũ simili. vt tradit Ludou. Roma. in repeti. l. si vero. §. de viro. 26. fallen. ff. soluto matri.
- 54 ¶ **FACIT** textus notabi. in. §. si. versi. erit enim curã. in authen. vt defunc. seu funera eorũ. colla. 5. vbi cauetur Iudicem poenam a lege impositam, non exigentem: seu exactam, fisco non inferentem: de suo patrimonio eam fisco complere debere.
- 55 ¶ **IUDICES** enim non debent flecti, sed integritatem legum custodire. §. studium verò. versi. si quis autem. in authen. de triente & semis. colla. 3.
- 56 ¶ **ET** officiales, qui maleficiã dissimulant, & non puniunt: sunt acriter puniendi. vt notat Barto. per illum tex. in. l. vna. C. publicæ læti. vel consul. li. 12. cum simili. vt tradit Paris de Puteo in tracta. de sindica. in verb. poena. §. iuxta prædicta quæro aliquis inquirebatur. colla. 2. & sæpe cõtingere delicta magnorum celari, & non puniri, licet Iustitiæ clauis errent, inquit glo. in. l. ad splendidioris. glo. fi. C. de diuers. officijs. li. 12.
- 57 ¶ **ADVERTENDVM**
- 58 ¶ **ADVERTENDVM**

tamen est, q̄ alibi Hippolytus in sua praxi causarum crimina. §. vlti. ex multis. concludit, iudices in puniendis delictis, non debere seueriter procedere, nec semper imponere reo poenã mortis, etiam lege permittente, vt pro delicto per eum commisso, debeat mortẽ pati. Debent enim esse memores illius carminis:

*Si quoties peccant homines, sua fulmina mittat,
Iuppiter, exiguo tẽpore nullus erit.*

& sequi legem diuinam & humanam, quã magis vtuntur pietate & misericordia, q̄ asperitate & crudelitate: & considerate quòd omnis CHRISTI actio est nostra instructio. c. significasti. de electione. l. Imperialis. C. de nuptijs. c. exẽplum. 12. q. 1. c. cum pastoris. 2. q. 7. c. 1. de sepultur. qui dixit, Nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat. Quã verba refert tex. in. c. quia diuinitatis. de poeniten. distinc. 1. c. admonere. versi. non enim. 33. q. 2.

¶ **FACIT** tex. nota. in authen. vt non luxuri. homines cõttra natur. in prin. ibi. quoniam & Dei misericordia non perditionem, sed conuersionem & salutem vult: & delinquentes qui corriguntur, suscipit Deus. colla. 6. Me-

6. Melius enim esse de misericordia rationem reddere, quā de crudelitate, statutum est. in. c. alligant. in fine. 26. q. 7. quem commendat Panor. in. c. ex literis. de probatio. col. i. versi. & nota illud. & habetur similiter Matthæi. 23. c. Vera enim Iustitia est habere compassionem. c. vera Iustitia. 45. distinct. Qui enim putant misericordiam negandam esse peccantibus: & de Iustitia sua præsumunt: à Domino percussus intereunt: quia iudicium sine misericordia erit illis qui nolunt facere misericordiam delinquentibus quibus dicitur per Salomonem: Noli esse nimis iustus: quia est nimis iustus, qui perit in iustitia sua. dicit pulcher tex. in. c. plerumq; §. his itaq; videri. versi. hos etiam significauerunt. 2. q. 7.
- 59 ¶ **EX** quibus omnibus satis constat, non semper Iudices debere reum morti tradere: sed mitius secum agere: licet de iure veniat puniendus poena mortis: & sequendo actiones CHRISTI, non mortem peccatoris velle, sed ut magis conuertatur, & viuat.
- 60 ¶ **FATE TVR** tamen Hippolytus vbi supra, hanc opinionem non procedere in reo, committente enorme delictum, nec in famoso delinquentē. In alijs autem est inhærendum prædictæ opinioni: ut scilicet, Iudex misereatur delinquentis, per iura superius allegata: & sæpe recordetur quod ipse fuit, & est, homo humanus & non sanctus: & habeat ante oculos Iustitiam iunctam cum Charitate & misericordia: & reminiscatur se moriturū. ut ibi pulchrè per eum.
- 61 ¶ **P R O** concordia concludendum est, iudicē non posse mitiorem poenam delinquenti imponere, quā à lege imposta reperitur, iuribus. i. parte allegatis.
- 62 ¶ **Q V O D** limitadum est. Primo, nisi ex causa, ut dixi, in simili de augmento poenæ: & ita intelligo tradita per Hippolytum in eo. §. vltimo, ut notabiliter tradit Hippolytus in. l. i. §. diuus Adrianus per illū textum, in verb. leniendam poenam. ff. de sicar. nu. 11. vbi dicit optimè probari: quod licet ex delicto veniat imponenda certa poena, iudicem tamen ex aliqua iusta causa posse, eam poenam mitigare, seu mitiorem imponere. tenet Innocentius, & communis ceterua Doctorum, in. c. i. de constitu. l. hodie. & ibi glo. Bartolus, & Albericus. ff. de poenis, Lucas de penna in. l. i. C. de defertor

- fertor. li. 12. Romanus singu. 77. l. quid ergo. §. poena grauior. & ibi glo. in verb. onerasses. Barto. Bald. Angelus, Albericus, & Paulus Castren. ff. de his qui notantur infami. Ange. in. §. & quāuis. eadem. l. etsi seuerior. & ibi glo. Cynus, Barto. Ioan. Faber, Bald. Angelus, Alberi. Salyce. Paulus Castren. & late Francis. de Aretio. C. ex quibus causis infam. irroga. Per Albericum in authen. interdicimus. C. de episcop. & cleri. & in. l. fi. C. ne sanctum baptis. reiteretur. & est pulchrā lex Regia, quæ loquitur tam de augmento quam de diminutione poenæ ex causa faciendā. in. l. 8. tit. 31. 7. Parti.
- 63 ¶ **Q V A E** poenæ diminutio facilius procedit, quando Iudex procedit ex officio. l. si adulterū cum incestu. §. incestum. ibi. & facilius si nemo reum postulauerit. ff. de adulter. quem pulchrè allegat Albericus in ea. l. si. ne sanctum baptisma reiterare. Lucas de Pen. in ea. l. i. col. mihi 13. versi. ad hoc etiam facit. C. de defertor. li. 12.
- 64 ¶ **S E C V N D O** limitada est hæc regula, ut dictum est in augmento poenæ, ut eam procedere diffiniamus in Iudicibus maioribus: ut probatur in diminutione poenæ. ex thebrica Innocen. in eo. c. i. de constitu. iuncta doctrina Baldi, & Doctorū communi sententia. in authen. hodie. C. de iudicijs. & supra late declarauit, dum agerem de augmento poenæ, quæ debet fieri à maioribus Magistratibus. Tradit eleganter Decius in. c. de causis. col. penul. versi. sed tamen aduertendum. de offi. delega.
- 65 ¶ **T E R T I O** limitanda est, dummodò Princeps cōsulatur. Ita videtur velle Felinus, & Decius. in eo. c. i. de constitutio. vbi limitat doctrinam Innocen. ibi procedere, dummodò Princeps cōsulatur. & tamen Innocentius loquitur de diminutione poenæ, ut videre licet.
- 66 ¶ **A D V E R T E N D V M** tamen est, quia Romanus in repetitione. §. de viro. l. si verò. 46. fallentia. ff. soluto matrimo. videtur oppositū sentire, dum inquit, ad hoc ut fiat transgressio poenæ legalis augmētatiuè, cōsulendum esse superiorē: per text. singularē in. l. diuus. 2. de falsis: quasi velit secus esse, vbi debet fieri transgressio poenæ legalis diminutiue.
- 67 ¶ **S V A D E T V R** istud vltimum, quia tex. in ea. l. diuus, qui

qui est basis & fundamentum Doctorum, afferendum, quod ubi fit transgressio poenae legalis, est consulendus superior: loquitur quando agitur de augmento poenae, ut patet ibi, aut si plus eos meruisse videatur. &c. Ergo eorum doctrina intelligenda est, iuxta textum quem allegant iuxta doctrinam Bartol. in l. non solum. §. si liberationis verba. ff. de liber. lega. cum simili. & haec videtur verior opinio.

68 ¶ **E T** si quaeratur de ratione diuersitatis: puto eam esse. Quia ubi maius periculum intenditur, ibi plenius est consulendum. Verba sunt textus in c. ubi periculum in prin. de electio. li. 6. c. si. ibi quia de tanta re non segnius agendum est. 7. q. 2. Circa maiora enim maius periculum vertitur. c. quiescamus. 42. distin. Magis enim consulendum est his, quibus maius periculum intenditur. l. 1. §. sed & si quis non tantum. versum nam vel magis. ff. de Carboni. edic. sed maius periculum imminet, ubi agitur de augmento poenae, quam de diminutione. & ideo in ea re plenius consulendum, iuris esse arbitror.

69 ¶ **Q V A R T O** limitanda est singulariter, quando Iudex procedit per denuntiationem, vel per

inquisitionem: secus autem si per accusationem: tunc enim Iudicem non posse etiam ex causa mutare, vel minuere, poenam legalem. author est Hostien. in c. in Archiepiscopatu, de raptori. Quem refert & sequitur Bald. in repertorio, in verb. poena. 2. col. versum: poena legalis. Refert pro singulari, & sequitur Hippolytus singular. 524. inquisitio & accusatio. Hippolytus in practica causarum crimina. §. constate. nu. 54.

70 ¶ **V L T R A** quem declarandum est, hanc limitationem procedere, quando ageretur per viam accusationis, coram Iudice Ecclesiastico: ut eleganter declarat Franciscus de Aretio, in c. at si clerici. §. de adulterijs. col. 1. versum. sed contra hanc communem positionem. &c. de Iudi. secus autem in accusatione proposita coram Iudice seculari, ubi ex causa licitum est poenam minuire, ut supra satis deductum est.

71 ¶ **Q V I N T O** limitanda est, ut procedat tempore sententiae: ea tamen prolata, poenam diminuire non potest. c. si quem poenituerit. §. notandum. 2. q. 3. l. 1. §. calumniatoribus. ff. ad Turpil. ubi pulcher tex. l. acta. §. de amplianda. ubi Bartol. & Doctores. ff. de re iudica. Tenet Panor. in c. licet.

c. licet. nu. 6. de poenis. Idem Innocentius, cum quo caeteri transeunt, in eo. c. 1. de constitutio. Bartolus, in l. Iudex postea quam secunda oppositio. & ibi Alexander, col. 1. ff. de re iudica. Iason, in l. 1. in fine princip. versum. ultimo. in quam tenet Bartol. &c. ff. si quis ius dicen. non obtempera. Facit lex. diui fratres. ff. de poenis. l. 1. §. si. ff. de quaestio. & est glossa ordinaria in eo. §. poena grauior. glossa in l. hodie. ff. de poenis. pulcher textus in l. si operis publici. C. de poenis. & bona. l. Regia. 9. post medium. tit. 31. 7. Partit.

72 ¶ **A M P L I A N D A** est haec limitatio quinta, ut procedat etiam si lata sententia constaret de innocentia rei: quia nec eo casu posse Iudicem sententiam latam reuocare, nec poenam diminuire, sed ad Principem remittere debere: ut ex autoritate Principis, aut poena permuteur, aut liberetur. Statutum est in l. moris. §. sed enim sciendum. versum. & si forte. ff. de poenis. l. 1. §. si. & ibi Bartol. & Hippolytus. ff. de quaestionibus. Franciscus de Aretio, in ea. l. etsi seuerior. 2. notabili. Hippolytus in praxi causarum criminalium. §. opportunè. nu. 18. versum. vl-

terius scias. Quod tamen limitandum est tripliciter, ut illic per eum.

73 ¶ **Q V A E** limitatio quinta ita ampliata, sublimitanda est tripliciter. Primum, nisi Iudex, qui iam pronuntiauit super eo crimine, dispensare possit: quo casu, etiam post pronuntiationem, per eam viam dispensationis, posse ab eo poenam minui, author est Innocentius, in cap. dilectus. de temporibus ordinari. Tradit Panor. in eo. c. licet. nu. 6. pulchre Panor. in c. nisi specialis. in fine. de officio delegat. per textum, qui ita est intelligendus, secundum eum, in c. at si clerici. §. de adulterijs. de iudicijs. ubi idem tenet Decius, col. 2. versum. & ideo tertio respondetur.

74 ¶ **S E C V N D O** sublimitanda est, ut procedat in poena, secus in multa: quae remitti potest etiam post condensationem & semel remissa, non potest amplius exigi. l. illicitas. §. si. & ibi Bartolus, Baldus, Angelus, & Albericus. ff. de officio praefati. Tenet Bartol. in l. 1. 8. quaestio. ff. si quis ius dicenti non obtempera. cum quo transeunt Doctores crebriori sententia, secundum Curtium Iuniorum. ibi. nu.

39. ibique Curtius assignat no-
uam rationem inter poenam &
multam: eam, scilicet, quia poe-
na est à lege taxata: secus in mul-
cta. l. si qua poena. & l. aliud. §.
inter multam. ff. de verbo. sig-
nifica. & ideo nimirum si Iudex
plus possit in multa, quam in
poena ordinaria à lege statuta.

75 ¶ S E D ultra Curtium, hæc fu-
it ratio Iacob. Butriga. ante eum,
quem refert Albericus in ea. l.
illicitas. §. si. & est textus ei simi-
lis iure nostro Regio, in l. 4. in
principio tit. 22. 3. Partit. Nec
est omittendum, quod in eo. §.
fin. est casus singularis, ad hoc,
quod propter inopiam soluendi
multam, non fit commutatio
in aliam poenam corporis affli-
ctiuam propter delictum. Ita
Barto. in l. 1. §. si. vltimis ver-
bis. ff. de poenis. Panor. in c.
nisi specialis. col. 2. versi. pri-
mo casu dico. de offi. delega.

76 ¶ T E R T I O limitanda est,
nisi sit impossibilis solutio rei.
Quo casu licet Iudici, etiam post
sententiam, vnam poenam in a-
liam transmutare. l. quicumque.
C. de seruis fugiti. l. si quid id
quod. ff. de iurisdic. omniū
Iudi. Per quæ iura ita dicit Fran-
cis. de Aretio, in ea. l. et si feue-
rior. nu. 4. versi. quandoque e-

tiam. C. ex quibus causis infam.
irroga.

77 ¶ Q V A E autem sint causæ au-
gendi vel diminuendi poenam,
hæc sumuntur ex persona, ex æ-
tate, ex tempore, ex loco, ex rei
conditione, ex criminum vni-
uersitate, ex peccatorum quali-
ficatione. vt tradit eleganter Lu-
cas de Pen. in l. 1. C. de deser-
tor. versi. & breuiter potest Iu-
dex. Et inter alias causas augen-
di, est frequentatio delictorum.
l. aut facta. §. si. ff. de poenis. in
quo videnda est lata & singula-
ris theorica Hippolyti, Singu-

78 lari. 378. geminatio. vbi de fu-
re pluries reiterate furta rerum
viliū. Augetur etiam poena
in famoso latrone, grassatore,
& similibus. l. capitalium. §. si.
ff. de poenis. Tales enim ultra
poenam mortis, feuerius puni-
untur. Si enim alij sunt furcis
suspendendi: tales per ciuitatem
veniunt protrahendi, vt quoti-
die videmus: & tradit Lucas de
Penna in ea. l. 1. C. de desertor.
lib. 12. In sceleroso enim augen-
da est poena. l. sacrilegij poenam.
in princip. ff. ad legem Iuliam
pecul. Et ibi est text. moralis ad
instructionem Iudicum, qui in
delictis feuerius vel clementius
puniendi, attendere debent qua-
litem personæ, conditionem

79 rei,
rei,

rei, temporis, & ætatis, & se-
xus. & est textus elegantissimus
in l. respiciendum. ff. de poenis.
Tradit latè Iuriscons. in l. aut
facta. per totam legem. ff. illo
tit. de poenis. Et est videnda
omnino lex Regia. 8. tit. 31. 7.
Parti. textus in c. aut facta. de
poeni. distinc. 1.

80 ¶ C A V S A S autem dimi-
nuendi poenas, ponit quinq; Fran-
cis. de Aretio post alios. in l. et si
feuerior. C. ex quibus caus. in-
fam. irrogatur. & aliquas Paris
de Puteo in tractatu de iudica-
tu. in verb. poena. versi. licet. &
latissimè versi. sequenti, inci-
piente, quod sunt quæ faciunt
poenas à Iudicibus alleuari: &
nouissimè latius omnibus po-
nit. 64. causas Andræas Tira-
quellus. in tractatu de poenis
temperand. aut etiam remitten-
dis, vbi omnino.

81 ¶ I V X T A prædicta, quia
suprà sermo habitus est de cau-
sis augendi seu diminuendi poe-
nas, posset non incommodè quari,
an sint aliquæ causæ eas differen-
di: contra. l. cum reis. C. de poe-
nis. In qua re dicendum est, esse
etiā à iure statutas causas diffe-
rendi poenas: de quibus per glo.
in c. cum apud Thessalonicam.
n. q. 3. per Imol. in l. is qui reus.

col. 18. ff. de publi. iudi. aliquid
per Ioannē de Anania. in c. 2.
de his qui fili. occide. per Ludo-
uicum Rom. in l. 1. §. si. ff. de re
iudica. latè per Alexan. in l. de-
bitoribus. col. 3. & ibi Iason,
col. 3. & 4. ff. de re iudica. Fe-
linus scribit in c. quærenti. col.
2. versi. sunt certi casus. & col.
sequen. de officio delega. vbi
amplè Guiliel. Benedic. in repe-
ti. c. Raynutius. verb. mortuo
itaque testatore. 1. fol. 378. nu.
268. cum sequen. extra. de tes-
tamen. Latius Hippolytus in
sua praxi causarum criminali.
§. opportunè. vbi nu. 30. ultra
prænotatos, ponit vnum pul-
chrum casum, scilicet, in reo cõ-
demnato ad mortem, qui rece-
pit corpus CHRISTI: Non enim
eo die quo recepit corpus CHRIS-
TI debere eum tradi morti: sed
differendam executionem sen-
tentia capitalis in alium diem,
asserit, & ante eum fuit elegans
doctrina Hostiensis in Summa,
in tit. de immunitate Ecclesia-
rum. §. in quantum. col. 3. versi.
sed cum Ecclesiæ. allegat in ar-
gumentum. l. prægnantis. ff. de
poenis. & inquit ita intelligen-
dum textum in cap. quæsitum.
13. q. 2. & ibidem subiungit,
per verbum fortè differendam
esse mortem, à tempore rece-
ptionis corporis CHRISTI.

- per tres vel quatuor dies, vt ibi 85
latius per eū. argumen. c. omnis
homo. & .c. tribus gradibus. de
consecra. distin. 2. vbi pulchra
iura. Et hoc vltimum de triduo
refert, & simpliciter sequitur
Chassenus in Consuetudinibus
Burgūdię, in tit. (des Iustices). §.
5. nu. 120. fol. 55. vltra quos ad
dēdus est, illud dictum Hostien
sis sequēs, & vt singulare referēs,
Sebastia. Sapia, in additionibus
ad Panor. in. c. sanē. nu. 1. in lite
ra. E. de celebratio. Missar.
- 83 ¶ C A V S A S autem liberan
di delinquētē a pœna mortis,
tradit Chassenus in tit. (des Iu
stices). §. 5. super verb. S'il n'a gra
ce. fol. 47. versi. plures ergo ca
sus. nu. 15. cum plurib⁹ sequen. 86
in Consuetudi. Burgundię, vbi
amplē.
- 84 ¶ Q V A R T O principaliter
infero contra Iudices, qui sine
processu & sentētia in causis cri
minalibus, ad executionem pro
perant: quod quā sit absurdū,
quā a iure alienum, quā inhu
manum: nulli nō patet: vt vtar
verbis Iurifconf. in .l. iam dubi
tari. ff. de hæredi. instituen. Re
gulariter enim verum est, in eis
omnibus, & a fortiori in crimi
nalibus, non esse auferendas de
fensiones reo, quæ sunt de iure
naturali. c. 1. de causa possessio.
& proprieta. c. nos in quā.
2. q. 1. l. defensionis facultas.
aliās incipit, facultas. C. de iure
fisci. li. 10. clemen. pastoralis. §.
caterū. de re iudi. Neq; Papam,
neq; Imperatorem eam defen
sionē tollere posse. vt in ea. cle
men. pastoralis. l. si. cum glo.
in verb. cognitionaliter. C. de
legibus. & ibi pulchrē Bald.
Vnicuiq; enim est dādus termi
nus ad se defendendum. l. 3. §. si
ad diem. ff. de re militar. Imò
si Iudex procedit, nullas dando
dilationes: processum esse nul
lum: quia ordo iudiciarius con
uertitur. notat Archidia. in. c.
vxor. 17. q. 4. Bald. in. l. 3. C.
de episcopali audientia. Imò de
fensionem esse de iure diuino, le
gitur Genesis. 3. ibi. Adam vbi
es? & c. & c. serpēs. & c. Adam.
de consecra. distinc. 1. & Lucæ.
16. c. ibi. Redde rationem villi
cationis tuæ. & c. vt pulchrē
tradit Petrus Belluga in suo Spe
culo Principum. rubri. 37. in
humanum inoleuit, a nouerca
Iustitia fomentum accipiens.
- 87 ¶ Q V A E illatio limitanda
est, Primò, non procedere quan
do quis capitur in flagranti cri
mine, & asserit se nullam defen
sionē habere, vel nolle se defen
dere. Vnde dicit Bald. eleganter
in. l.

in. l. raptōres. C. de episcopis &
cleri. quod licet aliquis capiatur
vt malefactor, & ducatur ad Po
testatem: non poterit Potestas
eū punire, nisi primò legitimas
exceptiones, & iure cognitās,
probationes admittat. Et ideo
oportet vt detur ei terminus, ad
suas defensiones faciendas. ea. l.
3. §. si ad diem. Si tamē reus con
fitetur se nullam habere defen
sionē, nec vult terminum: non
est et dādus. l. 1. cū glo. in verb.
audiendi. ff. de fur. balnear. Non
obstat. l. non tantum. ff. de appel
lato. quia hic erat delictum no
torium: secus in ea. l. non tantū,
teste Baldo, vbi suprā.

88 ¶ S E C V N D A huic adiun
genda limitatio erit, vbi factum
est notorium, & non requiritur
sententia siue condemnatio, sed
solum iussus, sola ordinatio seu
Iudicis inhibito: vt si statutum
aliquid sit notoriē contra liber
tatem Ecclesię, quam nullius
esse momenti iure cauetur: au
thentica. cassa & irrita. C. de sa
crofan. Eccles. vbi ita asserunt
omnes Doctores. c. nouerit. ex
tra. de senten. ex cōmuni. quo
casu superiorem etiam non præ
cedente citatione, ne eiusmodi
ordinationes obseruentur, iube
re posse, author est Archidiacono
in. c. quæ Lotharius. 2. q. 1.

Bald. in. l. presbiteri. 1. C. de epif
cop. & cleri. Felinus in. c. quæ in
Ecclesiarum. extra. de constitutio
ne. Hippolytus in repetitione
rubri. C. de probatio. nu. 212.
versi. facit etiā in hac materia:
decernereq; illas non tenere, &
cassare. l. diuus. ff. de seruis fu
git. l. si. ff. de officio procura
tor. Cæsar.

89 ¶ A L I A S autem regulariter
etiā in notorio, vbi factum tale
est, in quō certæ persone condē
natio exigitur: quantūcūq; Iu
dici notorium sit, eum tamen,
omissa citatione, ad econdemna
tionem, nō præcedente citatio
ne, procedere nō posse, satis col
ligitur ex ea. l. 3. §. si ad diem. atq;
ex ea clemen. pastoralis. ad id
etiā nota in. c. porro. extra.
de diuortijs.

90 ¶ L I C E T enim in notorijs
ordo iuris non ita ad vnguem
obseruandus sit. c. ad nostram.
3. extra. de iurēiuran. ideoq; in
eis sententiam non necessariò
in scriptis ferendam iure cauea
tur: iuxta notata in authen. vt
Iudices sine quoquo suffra. §. ne
cessitatem. colla. 2. eleganter
Baldus in. l. presbiteri. 1. col.
versi. secundò quæro hic. C. de
episcopis & cleri. & ante ipsum
Archidiacono. in. c. quæ Lotha
rius

rius .2. q. 1. citatio tamen requiritur, ea ratione, quia audito reo talia allegare, probareq; poterit: propter quæ notorium sub tenebris, & caligine, nubeq; maxima positum, non notorium iudicemus: iuxta notata. in. c. 1. in glo. conseruatores. de officio de lega. li. 6. & in. c. Romana. §. si autem. in verb. mandetur, de appellatio. eodem. li.

91 ¶ QVOD tamen triplici limitatione declarandum est. Primo in Principe procedente super notorio. Si enim ei de notorio crimine constiterit, absente parte & non citata, posse Principem procedere, author est Antonius de Butrio, in. c. cum olim. ex eo tex. de re iudica. cui licet videatur ob stare tex. in ea clem. pastoralis. de re iudica. in ea tamen non fuisse notorium: ideoq; Regis sententiam nullam: vel ex eo, quia Rex ille Siciliae non

92 ¶ SECUNDA erit limitatio, vbi super notorio proceditur, & ad poenam spiritualem excommunicationis agitur, quæ

medicinalis est. c. cum medicinalis. de senten. excommunicati. li. 6. eo enim casu absentem & irrequisitum excommunicari posse, ex eplo Pauli, quem Corinthium fornicatorem notorium, absentem & irrequisitum, excommunicasse legimus. c. cum sit Romana. extra. de appellatio: nec dubitationis est.

93 ¶ TERTIO limitanda est conclusio, vbi latro aliquis manifestus capitur, seu quispiam seditiosus, & in crimine flagrans: tunc etenim Iudice posse leges transgredi, eiusmodi reorum defensiones non admittendo. Casus videtur singularis in eo. §. l. si quis filio exheredato. ff. de iniur. rup. eaq; doctrina Innocen. & communis doctorum in eo. c. 1. de constitutio. de qua supra aliqua tradidimus.

94 ¶ QVAM tamen limitationem intelligo, cum grano salis, vt vulgaria verba sequar, scilicet, ex his causis Iudicem posse breuiore inducias reo concedere, tempusq; condemnationis, vt ita loquar, breui finire: verbi gratia, Si processum per horas fecerit, vt sepe vidi: cauendum tamen esse Iudicibus, vt in quocunq; processu rei defensiones audiatur: cum paria sint, vel innocen-

centem condemnare, vel eum, qui ad iustam iuris defensionem confugerit. l. lex Julia. §. si. ff. ad legem Iuliam repetundar. per Bald. in. l. addictos. C. de episcopi audi. author est Petrus Belluga, qui singulariter loquitur, in Speculo Principu. §. commpendiose. rubri. ff. nu. ii. cum tribus sequent. Facit quæ dicam infra illatione. §. principali.

95 ¶ NEC illud prætermittendum est, quod etiam in notorijs sententia requiritur. glosa communiter recepta, in. c. euidentia. de accusatio. quæ ita allegat, ibiq; abunde suo more scribit, Hippolytus in repetitione rubri. C. de probatio. nu. 228.

96 ¶ TERTIA erit limitatio, in teste, in conspectu Iudicis, falsum deponete. Ex quò enim præfens est, Iudicem eum absq; vlla alia citatione punire posse, cauetur in. l. nullum. cum ibi traditis per docentes. C. de testibus. & in. l. ictus fustium. ff. de his qui notantur infam. per Cynum in. l. vbi. C. ad legem Corneliam de falsis. per Speculatorem. tit. de teste. §. 1. vers. sed nunquid Iudex. nu. 47. vbi inquit, eum testem extraordinarie puniendum. Idem Cynus & Salycet. qui pulchre declarant in ea. l. vbi falsi. in fine.

& de clerico falsum testimonium coram Iudice seculari asserente: ab eo non puniendo, vltra gloriam & Doctores in. l. nullum. C. de testibus. Videndus est Matthæus de Afflic. eleganter decisionē. 230. fuit per relatores causæ dubitatum. vbi tandem testatur, cum teste à Iudice laico puniri non posse: eamq; communem affirmat Canonistarum opinionem in. c. dilectus filius. de poenis. & in. c. 2. & illic Ioannes de Anania, de crimi. falsi.

98 ¶ HIS accedat. 4. limitatio, scilicet, vbi agitur de reddenda ratione administrationis officij. Visis enim libris administrationis introitus & exitus, quam Iuriscōsultrū fidem acceptorum datorumq; vocant: in absentia partis posse fieri condemnationem, non ambigitur: teste Bart. in. l. 2. §. quod de frumentaria. cum glo. illic in verb. inanis. ff. de administra. rerum ad ciuita. pertinent. ibiq; commendatur Alexan. in additionibus ad eum. Sequitur Panor. in. c. ex insinuatione. in fine. extra. de appellatio. Idem in. c. 1. col. 2. de causa possessio. & proprietatis. Panor. in. c. cum olim. col. 7. in prin. de re iudica. Eum enim actum valere, etiam parte non citata, vbi constat parti nullam defensionem

competere, iuris est, ut ibi est
 tex. & in. c. venerabilem. de elec-
 ctione. & in. c. bone. i. de electio.
 glosa elegans, & a doctis saepe
 commendata in. l. ante penul.
 in. 3. lectura. ff. ex quibus causis
 maior. late Hippoly. in repetiti.
 rubric. C. de probatio. nu. 218.

99 ¶ P R A E M I S S I S applica-
 da est limitatio. 5. scilicet, vbi
 Princeps consulitur a Iudicibus
 inferioribus, super aliquo iu-
 ris dubio: tunc enim a Principe
 nemine vocari, neq; dilationem
 concedi, iure cautum est. l. cum
 a nobis. C. de dilationibus. & q.
 Barto. post glo. adnotat in. l. i.
 §. i. ff. de appellatio. & relatio.
 Bald. in. l. i. col. penul. vers. ex-
 tra quere. C. quomodo & quan-
 do Iudex.

100 ¶ E T sexaginta casus, in quib;
 actum valere, etiam parte non
 citata, iura disponunt, fustus reli-
 quis, pulchre congerit Hippoly.
 in repe. l. de vno quoq; a nu. 49.
 vers. & primo limita. vsq; ad nu.
 113. ff. de re iudica. vers. modo
 visis limitationibus.

101 ¶ Q V I N T O principaliter
 infero contra Iudices, qui reie-
 cta spretaq; appellatione, in cri-
 minalibus precepta sua, senten-
 tiasue exequuntur. quod est a le-

gitimis legum tramitibus deuiare,
 contra preceptum Iustiniani in
 presenti litera, quos ultimo sup-
 plicio puniendos, Bald. ait in. l.
 addictos. col. 1. vers. sed si esset.
 C. de episcopali audien. per tex.
 in. l. lex Julia. §. si. ff. ad legem Iu-
 liam repetu. & eos corporaliter
 arbitrio Iudicis puniendos, in-
 quit Ioan. Faber in. l. a Procon-
 sulibus. C. de appellatio. vel. l.
 Julia de vi pub. l. lege Julia. i. ibi.
 vel ciuem Romanum aduersus
 prouocationem necauerit. ff. ad
 legem Iuliam de vi publica. Tra-
 dit Decius in. c. de priore. extra.
 de appellatio. Boeri. 9. decisione.
 153. col. 2. vbi concludit, esse in
 arbitrio superioris, ei Iudici pos-
 na mortis imponere, vel aliam
 mitiorem, per tex. in. l. lex Iu-
 lia. §. hodie. ff. ad legem Iuliam
 repetunda. & ea quae tradit Feli-
 nus in. c. dilecti. col. 7. vers. se-
 cunda declaratio. de exceptioni-
 bus. cum simili. ut ibi per eum.
 102 Appellatio enim tam in maiori-
 bus quam in minoribus causis
 regulariter admittenda est. l. &
 in maioribus. C. de appellatio.
 In ciuilibus vero eas non admit-
 tentes, triginta pondo auri pu-
 niuntur. l. quoniam Iudices. C.
 de appellatio. Vidi tamen, & se-
 pius iudicavi, in Regio praeto-
 rio Pintiano, condemnari Iudi-
 ces, qui, non admissa appella-
 tione,

tionis, exequabantur sententias
 in causis criminalibus, vltra poe-
 nas arbitrarias, eis inflictas, etiam
 poena. l. quoniam Iudices. Et sic
 39. librarum auri, moderata in
 minori summa, secundum casus
 contingetiam, & culpam Iudi-
 cis non admittentis appellatio-
 nem. De quo etiam hodie viden-
 da est lex Regia. 4. tit. 10. Parti.
 7. & lex. 25. tit. ultimo in Ordi-
 Regijs.

104 ¶ Q V A E omnia limitata sunt
 nisi ex causa non admitteret ap-
 pellatione: quia forte erat peri-
 culum in mora. Quo casu potest
 ad executionem procedere: &
 postea superiori scribere cau-
 sam, quare non recepit. Et si illa
 causa est legitima, non punietur:
 si vero non reperitur legitima, &
 debuisset appellationi deferre:
 tunc tenetur. l. si quis filio exha-
 redato. §. hi autem. in fine. ff. de
 iniusto rup. & ita per illum tex.
 declarat ibi Paulus Castré. post
 Bald. & Ioanné de Imol. Sed vbi
 periculum non esset in mora: tunc
 non debet ad executionem pro-
 cedere, etiam si subesset iusta cau-
 sa non recipiendi appellatione:
 sed expectare debet ut Iudex ad
 quem hoc pronuntiet, & remit-
 tat ei executionem faciendam.
 ut ibi per Paulum. Ad praemissa
 facit. l. constitutiones. ff. de appel-

latio. vbi constitutiones, inquit
 Iurifconsultus, quae de recipien-
 dis, nec ne appellationibus lo-
 quuntur, ut nil noui fiat, locum
 non habent in eorum personas,
 quos danatos statim puniri pu-
 blicè interest: ut sunt insignes la-
 trones, vel seditionum concita-
 tores, vel duces factionum. & pul-
 chra lex Regia. 16. tit. 23. Parti.

105 ¶ E T viginti duos casus, in qui-
 bus non admittitur appellatio
 in criminalibus, ponit eleganter
 Ludouicus Carrerius in sua so-
 lemni repetitione. l. 2. C. quorum
 appellatio. non recipiantur. in
 prin. a fol. 2. vsq; ad. 34. vbi ele-
 gantissime. Appellationes enim
 notorie calumniosae, non impe-
 diunt executionem capitalem:
 imò talibus per Iudicem debet
 via pracludi: quia Reipublicae
 interest eas non admitti. ut inquit
 eleganter Bald. in. l. vna. col. 4.
 vers. modo quere nunquid ha-
 res. C. ex delictis defunctorum.
 Allegat textum in ea. l. constitu-
 tiones. ff. de appellat. l. licitatio.
 §. quod illicite. ff. de publican.
 l. ita vulnerat. ff. ad legem Aquil.
 l. prouinciarum praesides. C. de
 feri. l. congruit. ff. de officio pre-
 sidis. Et facit. l. 3. in fine. illo eo-
 dem tit. late Thomas Grama-
 ticus, decisione. 36. dubio. 6. &
 nu. 36. & vltra omnes est textus

hic à nemine ponderatus: dum inquit, per legitimos tramites calumpniantium iniquitates expellat. Ex quo clare colligitur, appellatione, in casu à iure permissio, recipiendam, & calumpniam expellendam.

108 ¶ **S E X T O** infero ad eam decisionem, qua iure cautum est, ex depositionibus testium in generali inquisitione, seu summaria informatione, nullum posse condemnari, neq; torqueri, nisi prius ratificentur in iudicio ordinario, seu plenario, & copia testimoniorum reo detur, vt se defendat. Bart. in l. vlti. in fine. ff. de quaestio. Et probatur in c. 2. vbi pulcher tex. de testi. Et illic Felinus. nu. 9. citat Bal. Angel. Roma. Saly. Panor. Areti. ac alios idem asserentes. Tradit Hippoly. Consi. 95. Hieronymus Gratus Consi. 74. li. 2. Per legitimos enim tramites, calumpniantium iniquitates expellendas, Iustinianus ait.

109 ¶ **Q V O D** in materia hæresis feruari nuncupatim tradit Gonfalus, tractatu de hæreticis. q. 10. Albertin. in c. 1. eodem tit. li. 6. q. 16. nu. 17. Iacobus Septimancen. meus olim in Regio prætorio Pintiano collega, nunc Ciuitatensis Episcopus meritissimus,

vir doctissimus, ac variè lectioris author, in eo opere pulcherrimo quod Institutiones Catholice inferibitur, fol. 215. nu. 16. vbi. ex depositionibus. tit. de testibus. c. 62. Cum enim in alijs criminibus id statutum sit, à fortiori, in crimine hæresis, vbi & quis criminaliter condénatur, & ciuiler punitur, & eius posteritas perpetua notatur infamia: vt inquit Oldradus de hoc crimine, in solemnibus Consi. 210. in tit. de hæreti. quod ita citat Felin. in c. literas. de præsumptio.

110 ¶ **E T** ita sepius in pluribus causis hæresis, quibus interfui, ab Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, ad eas cum eis lites decidendas, ac certitus, à tempore quo munus iudicandi gero, vidi & sæpe iudicavi.

111 ¶ **Q V O D** ultra eos, eam limitationem declarationemq; recipit, nisi hi testes coram Iudice, aduersarioq; præfente, & sic reo, criminis testimoniū ferant. Id enim sufficit, nec alia citatio partis requiritur, nec testium ratificatio. Habito enim effectu, non curam de modo. l. cum seruus. in fine. ff. de verb. obliga. vt inquit eleganter Bald. in l. si quando. C. de testibus. 13. & 14. q. Matthæus de Afflict. in constitutio.

Regni

Regni Siciliae, in constitutio. si damna clandestina. nu. 28. vbi. vel Iudex faciat. Et pulchra decisio Rotæ. 372. in tit. de testibus. in nouis disponens validas esse depositiones testium, quando in præfentia partis & Iudicis testes deponunt. Ad quæ omnia bonustex. in c. ad apostolicam. extra. de regulari. & probatur in eo. c. 2. ibi. sed etiam ipso præfente facta fuissent. de testibus.

112 ¶ **Q V O D** & ea ratione fulcitur: quia testes in summano iudicio acceptos, ideo non probare, nisi etiam reproducantur: cautum est, vt reus possit se defendere: eaq; depositio prima, eo non citato, facta sit: quo cessante, frustra ulterius citandus est. argumeto. c. cum cessante. de appellatio. l. adigere. 6. quânis. ff. de iure patrona. glosa, Bal. Paul. & Iason. in l. quamuis. C. de fidei commif.

113 ¶ **Q V O D** vltimū, ex frequentu cursu causarū raro in hæresis crimine euenire posse, notū est: cum in eo crimine, etsi vt in cæteris, testium publicatio fieri soleat, quæ in criminibus est necessaria, alioquin nullam eos fidem facere traditum est, iuxta Bartoli doctrinam. in l. solam. C. de testibus. quæ sententia commu-

niter approbatur, authore Decio in c. causamq; i. eodem tit. sed non debent citari ad cognoscendos testes, nec ad iuramenta illorum, in crimine hæresis, quia potius eorum testiū nomina occultata sunt. c. vltimo. de hæreticis. li. 6. Fit enim eorum testiū publicatio suppressis nominibus, vt ibi. Quod speciale esse in hoc crimine asserit Romanus, singulari. 364. Hippolytus, in repetitione. l. de vno quoq; nu. 61. vbi. item. ff. de re iudica. Idem, Consi. 8. Carrelius, de hæreticis. nu. 121. & præter regulā. l. illius de vno quoq; & l. nā ita diuus. ff. de adoptio. & c. primi. extra. de causa possessio. & proprietate. cum simili.

114 ¶ **S E P T I M O** infero contra Iudices, qui testibus non reproductis seu ratificatis, vt ante dixi, ex consensu rei asserentis vt habeantur pro reproductis seu ratificatis, & sic suæ defensionis renuntiantis, ad condemnatione corporis afflictiuā prorumpunt: vt sæpe vidi plures processus à minoribus Iudicibus interposita prouocatione, ad Regium prætorium Pintianum alatos, in eo ordine vbi causarum criminalium Iudices Regij cognitionem habet: eamq; in Castellæ Regno supremam, in quo ordine

ordine pluribus annis iudicandi munere functus sum: ibiq; in eis Iudicibus puniendis, qui eo illiteratorum hominum stilo, eaq; praxi legibus inimica vsi sunt, pluries interfui. Per legitimos enim tramites, in punitione reorum, procedendum est: nec reis permissum, vt pro reproductis testes habeant: & sic propriae defensionis renuntiant, iure cauetur. vt interpretes afferunt, post glo. illa singularem in l. pactum inter haeredem. glo. magna ibi. item pactum, ne quis se defendat. vbi Angel. Fulgos. Paul. & latius Iason. ff. de pactis. ex regula. l. non tantum. ff. de appellatio. & l. liber homo. ff. ad legem Aquiliam: eamq; glosant vt singularem refert Hippoly. in l. i. §. fi. nu. 63. & illic. nu. 65. ff. de quaestio. vbi amplam remissionem ponit, & sex limitationes. Ad eam Iason in ea. l. pactum inter haeredem. Latius Felinus, ex cuius doctrina nouem limitationes colliguntur, in. c. cum venisset. extra. de testibus. qui omnino videndus est. Nec omittend⁹ Hippoly. vbi eam rem 117 eleganter differit, in praxi causarum criminali. §. examinada. vbi fusius caeteris. de quo & aliquid per eundem in ea. praxi. §. diligenter. nu. 162. versu. item facit. Pulchre Barto. & late Ale

xan. ad eum, in. l. custodias. ff. de publi. iudi.

115 ¶ **N E C** silebitur quod Baldus ac Salycetus aiunt in l. si §. fi. C. de tempor. appellatio. Idem Bald. in l. i. 13. col. C. de his qui accusare non possunt. versu. super. 5. scilicet tacite. verbi gratia; permittentibus labi tempus defensionis; posse reos suis defensionibus renuntiare. quod & Felinus sequitur, in eo. c. cum venisset.

116 ¶ **C V I** decisioni obstare videtur doctrina Baldi in. c. i. §. Iudices. in vltima col. de pace iurament. firman. versu. porro si appellans. Vbi inquit, appellantem expresse renuntiantem appellationi, videri habere malam causam, & ita fateri: secus si tacite permittendo labi tempus: quia tunc per talem tacitam renuntiationem, non inducitur talis confessio tacita. Quod perpendit, ac insolutum relinquit Hippolytus, in eo. §. examinada. nu. 19. versu. item in quantum.

¶ **S E D** vltra eum, a decisione Baldi, Salice. ac Felin. non esse recedendum, existimo. argu. tex. in sui ratione in. c. cum iam dudum. extra. de prebendis. cum alijs.

118 ¶ **N E C** oberit doctrina Baldi in eo

in eo. c. i. §. Iudices. de pace iurament. firman. Non enim sequitur, ex lapsu termini non censetur malam causam habere, vt dicimus in appellante: ergo per lapsum termini non potest, vel non censetur, defensionis suae renuntiare. Ex diuersis enim non fit bona illatio. l. si. ff. de calumniator. l. Papinianus. exuli. ff. de minor. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. possessio. Non enim malam causam habere dicitur, quia tempus labi permittit: sed 120 quia probationes & reliqua ita euidenter eum condemnent, vt nullam defensionem habere credatur: alias non esse praesumendum: quem immemorem suae fatalis iura tradunt. l. si. C. ad legem Iuliam repetund. Licet igitur fateamur, tam appellantem quam reum de crimine accusatum, per lapsum termini, non censeri malam causam habere: processum tamen recte riteq; factum, quamuis reus labi tempus permiserit, ex eoq; processu iuxta iuris formam, eum puniendum non dubito ex praemissis, quod ita intelligendo, eam Baldi doctrinam ab Hippolyto ponderatam, nec vltius discussam, ei decisioni eiusdem Baldi, Saly. ac Felin. nil obstare notum est.

119 ¶ **R E V M** enim qui in tanta

re defensiones omisit, praesumendum eas non habere, ex glo. illa saepius commedata in. l. i. ff. de fur. balnear. nec ex eo laesum, vt & eum reum, qui expresse diceret, se nullas habere defensiones, factis colligitur ex hisque Iason tradit in ea. l. pactum inter haeredem. 4. & 6. limitatione: atq; ex his quae Felinus, Hippolytusq; tradunt, alter in eo. c. cum venisset, alter in eo. §. examinanda.

¶ **O C T A V O** principaliter infero, ad ea quae eleganter tradit Imola, post Petrum de Ancha. in. c. constitutus. col. vltima. versu. si alia cautela esse potest. extra. de fideiussor. vbi inquit, Iudicem qui suspicatur aliquem ex litigantibus, petere dilationem ad probandum, caluniose posse ei comminari: quod si in probatione defecerit, eum multa afficiet: eoq; non probante, posse Iudicem ab eo litigante eam poenam exigere: caluniantium enim iniquitates expellenda sunt, vt hic. Quod in praxi est nota. dignum, secundum Imolam, ibidem. Idem tenet Alexander in l. i. col. 5. versu. & quid si suspicatur. ff. si quis ius dicere. non obtempera. per text. in l. si quis dicat. in verb. sub ea tamen denuntiatione. iuncta glo. ff. de manumiss. tit. generali. vbi idem tenent Albericus & Benedic. Tenent Socinus

Socinus in ea. l. 1. col. 3. verfi. 2. quæro. ff. si quis ius dicenti. dicens esse fingulare. Eandem conclusionem tenet Alexan. & eam commendat, in. l. filius. §. diui. col. 9. verfi. & an Iudex petenti terminum. ff. de lega. 1. Hippolytus fingulari. 384. dixi tibi iuprà: & ita vtimur quotidie. Facit tex. elegans in. l. 1. ibi. castigari eum sub cõminatione aliqua feueritatis non defutura. ff. de iure patrona. l. 3. §. cognoscit. verfi. & quia plerunq; ibi. aut feuera interlocutione, comminatus. ff. de officio præfec. vigil. Textus notab. in. l. tutor qui repertoriũ. §. si deponi. verfi. & solent. iuprà. verfi. si igitur. ff. de administra. tuto. l. ius alimentorum. §. sed si non constat. ibi. & comminari, grauiorese ei vsuras infligere. ff. vbi pupillus educar. debe. Et quod per eum dicit ibi Bald. Et quod tradit notabiliter Bartol. in. l. fi. col. 2. verfi. item nota ex hac lege. ff. de reuendicatio. Facit. l. 1. §. cum patronus. ibi. aut comminari. ff. de officio præfec. vrb. l. in perptorio autẽ comminaturis, qui edictũ edit: etiam aduersa parte absente, cogniturũ se & pronun-
ciaturũ. ff. de iudicijs. cũ similib.

121 ¶ QVORVM ea ratio est,

quia præceptum Iudicis factum per modum sententiæ, sub conditione latæ, non per modum simplicis comminationis, etiam si comminatio fuisset generalis, valet: & contraueniens, incidit in pœnam. vt per Albericum in rubri. C. commina. vel epistolas. vbi per hoc inquit, cõtrauenientem præcepto Iudicis, qui iussit q; si quis tale quid fecerit, sit excommunicatus, incidere in excõmunicationem. Ad quod vltra eum est tex. in. c. præterea. 2. extra. de appellatio. Ad idem tex. in. c. à nobis. 1. de senten. excõmuni. & hæc est communis opinio, teste Antonio de Butrio, in. c. 2. de testibus cõgen. & est communis, authore Decio, Consi. 145. quæritur in effectu. col. 2. volumi. 1.

122 ¶ E X prædictis sequitur, absolutũ ab excommunicatione, ad reincidentiam sub certa conditione apposita à Iudice, in sententiã absolutionis, si non adimpleat conditionem, reincidente in excommunicationẽ ipso iure. Ita Perusius, in eo. c. præterea. col. 2. verfi. sed pone q; debitor. Et per plura concludit Decius, allegato Consi. 145. vbi amplẽ. et ita est intelligenda doctrina Baldi, in repetitione. §. qui prouocauit. l. tale pactum. col. 7. verfi. quæro
excõ-

excommunicatus fuit absolutus. ff. de pactis. vt per Perusiu, & Decium, vbi supra.

123 ¶ E T ratio rationis omnium prædictorum est, quia his casib; constat, Iudicem non solum voluisse cõminari, sed etiam pœnã inferre. Quo casu quando constat de mente Iudicis, contraueniens incidit in pœnam, secundum Imol. in. l. filius. §. diui. col. penul. & ibidem Alexandrũ col. ante penul. in fine. ff. de lega. 1. vbi hoc notabiliter limitat, quãdo id Iudex præcipit, quod ad eius officium spectat: tũc enim non est dubium, quod tale præceptum in vim comminationis tenet. c. cum cessante. de appellatione. l. 3. §. cognoscit. ff. de officio præfec. vigil. l. 1. §. cum patronus. ff. de officio præfec. vrb. Innocen. in. c. 2. col. 3. verfi. item præceptũ. de his quæ pertinent ad officiũ. de in integrũ restit. Idẽ Bald. in rubrica. C. cõmina. vel epistolas. col. 1. verfi. modò ego quæro. Salicetus in. l. 1. q. 2. C. eodẽ tit. vbi per hoc inferũt,

125 quod si Episcopus confitenti debitum, iubet q; soluat infra decẽ dies, alioquin se excõmunicatũ cognoscat, hocq; facit de scripti recitatione: erit excommunicatus, si in termino nõ soluat. c. præterea requisiti. extra. de appel-

126 ¶ QVIBVS addo fingulare verbum Andrææ de Ifernia, in sua Peregrina super Constitutionibus Neapol. in rubri. de literis citatorijs, in constitutione edictorũ ordine. nu. 25. vbi inquit, totum tit. comminationes vel epistolas, loqui in debitore negante. Nam si cõstaret de debito, posset Iudex sibi pœnam imponere vt soluat. & sic intelligunt quidam Moderni. l. tutor qui repertorium. §. solent. ff. de administratio. tutor. secundum eum.

127 ¶ S E C V S autem quando Iudex præcipit aliquid, quod non spectat ad eius officium: quo casu præceptũ non valet. l. factum à Iudice. vbi pulchre Decius. ff. de regul. iur. Faciunt notata in. l. non videtur. §. qui iussu. eodẽ tit. l. quoniam Iudices. C. de appellatio. Et ideo si præcipit parti, quod iuret obedire mandatis suis sub certa pœna, quam ipso facto incurrat, si contra fecerit: fortẽ non valet: quia tale iuramentum exigere, non videtur ad eius officium spectare: secundum Dynum, Rainer. & vtrumq; Imol. in eo. §. diui. licet aliàs quando excommunicatus absoluitur, debeat iurare de parendo mandatis, circa causam excommunicationis. c. ex tenore.

re. & quod ibi notatur. & c. cum
de fideres. de senten. ex com.

128 ¶ **V E L** alia & secunda princi-
palis ratio esse potest, quod præ-
ceptum Iudicis, super his quæ
versantur circa causam coram
eopendētem, valet. vt per Bar-
tol. in .l. ius alimentorum. §. pe-
nul. ff. vbi pupil. educar. debe.
Tenet Paulus Castren. in .l. de
pupillo. §. meminisse. ff. de ope-
noui nuntia. Innocen. in .c. i.
de his quæ fiunt à maiore parte
capitu. & probatur in .c. quo ad
consultationem. de re iudica. &
regulam, cum sex fallentijs, ad
limitationem totius tituli com-
minationes vel epistolas. Scri-
bit Franciscus de Ripa, in .l. fi-
lius. §. diui. nu. 117. vers. vlti-
mò quærit. ff. de legat. 1. post
Alexandrum. Ibi videndusq; i-
dem Alexand. in .l. i. si quis ius
dicens. non obtempe. Iason, in
l. nec quicquam. §. vbi decretū.
ff. de offi. proconsul. & lega.

129 ¶ **V E L** tertia poterit esse ra-
tio, quia fuit præceptum Iudi-
cis, quod est modici præiudicij.
l. de pupillo. §. meminisse. ff. de
noui operis nuntia. & ibi Paul.
Castren. Ripa, in eo. §. diui. nu.
117. vers. fallit primò. Facit .l.
scio. ff. de integrum restitut.
l. si debitori. ff. de iudi.

130 ¶ **N O N O** principaliter infe-
ro, ad ea quæ tradit glos. singu-
laris in .l. qui cum maior. §. si pa-
tris mortem. in glo. calumnio-
sam. ff. de bonis liber. quam di-
cit singularem Imol. in .l. penul.
§. ad crimen. col. 13. vers. sextò
fallit. de publ. iudi. ad hoc quòd
libellum calumniosum, vel liti-
gātem calumniosum tenetur Iu-
dex repellere à iudicio, quando
Iudici constat de calumnia. Iu-
dex enim etiam parte non peten-
te, tenetur repellere actorem ca-
rentem actione, quando sibi cō-
stat, ex confessione partis, vel
ex actis. iuxta glo. illam elegan-
tem, quæ quotidie allegatur in
l. vbi pactum. in glo. magna, in
verb. poena. ibi. tertio quia cum
Iudex. C. de transactio. vt ibi
per Ias. nu. 11. post alios. notat
Barto. in .l. post legatum. col. 4.
nu. 8. ff. de his quibus vt indig.
131 ¶ Quando enim quis se excludit
proponēdo, non est opus quòd
excludatur excipiendo: imò Iu-
dex debet eum ex officio repel-
lere. Ita Bal. & Salice. in .l. mer-
calem. per illum text. C. de con-
ditione ob turp. causam. Iason
in .l. si vnus. §. pactus ne peteret.
nu. 45. post glo. ibi. ff. de pactis.
Iason late in .l. i. post glo. ff. de
officio assessor. col. 2. nu. 4. & 5.

132 ¶ **Q V O D** singulariter intelli-
gen

gendū est, vbi pars nesciuit, vel
opponere non potuit, exceptio-
nem contra agentē. Quo casu Iu-
dex qui hoc sciuit, & actorē nō
repulit, tenetur parti ad interes-
se; vt expressē sentit Bart. in ea.
l. vbi pactū. C. de transac. dū in-
quit, q̄ si Iudici liquet actorem
agere sine actione, tenetur, & ne-
cesse habet eum repellere: ergo
si hoc non facit, tenetur ad inter-
esse. iuxta nota. in .l. si. ff. de var.
& extra ordinari. cognitio. Ita
singulariter Felin. allegans An-
tonium de Alexandro singulari-
ter ita tenentem, in ea .l. vbi pa-
ctum. Felin. inquam, in .c. exce-
ptionem. col. 2. vers. tertius ca-
sus. extra. de exceptio. Secus au-
tem, si pars sciuit & potuit op-
ponere: quod actori actio non
competebat, & non opposuit.
134 ¶ Quo casu licet Iudex posset eum
repellere, non tenetur. l. nō quid
quid. ff. de iudicij: & ideo si nō
repulit, nō tenebitur in iudica-
tu, secundum Paulum Castren.
quem simpliciter sequitur Ale-
xan. in ea. l. vbi pactum. Et hoc
foedere distinctionis, opiniones
contrariæ in proposita materia,
ad concordiam reducendæ sunt:
Pauli, scilicet, & Alex. ex vna
135 ¶ parte: Bartoli, & Ias. ex alia, in
ea. l. vbi pactum: licet Iason eas
referēs simpliciter sequatur opi-
nionē Bart. vt illic per eū. nu. 19.

vers. vltimo circa istā partem.

133 ¶ **D E C I M O** infero ad ea
quæ signanter Angelus ait in ru-
bri. Institu. de exceptio. nu. 33.
vers. tertio quæro: exceptio-
nem, scilicet, euidenter calum-
niosam, Iudicem ex officio suo
repellere debere, etiā actore nō
petente: ac omne id quod in iu-
dicio deductum est, tam ex par-
te actoris, quam ex parte rei: li-
cet secus, si euidenter calūnio-
sa non esset. Adducit glos. ordi-
na. secundum eum, in prænota-
ta .l. qui cum maior. §. si patris.
textum in .l. si. in fine. C. vnde
nemo priuat.

134 ¶ **I M O** fortius exceptio eui-
denter calumniosa, etiam si Iu-
dex eam admiserit: nunq̄ vide-
tur inclusa. vt ipse Angelus tra-
dit in ea. rubrica Institu. de ex-
ceptio. eodem nu. ex ea glo. in §.
si patris. & ex clement. vt calum-
nijs. de re iudica. atq; ex his que
glo. & Bartolus notant in .l. i. in
prin. ff. de noui ope. nuntia. col.
2. facit. l. satis apertè. C. ad le-
gem Corneli. de falsis.

135 ¶ **E T** inquit pulchrè Alex. Cō-
sil. 65. habita super contētis. col.
3. vers. fortificatur prædicta. vo-
lumine. 1. Iudicem nedum ca-
lumniosè excipientē, posse non
M audi-

audire: & si velit, posse surda aure pertransire. vt notat Innocen. in. c. post electionē. extra. de concessione præbendæ. & ita refert eum Bal. in. l. peremptorias. C. sententiam rescindi non posse. col. penul. vers. quarto nota. verum etiam vbi exceptio esset efficax & vera. Si tamē Iudex vehementer opinetur illam opponi causā morandæ litis: posse Iudicem eam reijcere. vt sentit Innocen. in præallegato. c. post electionem. ad finem: prout intelligit ibi Antonius de Butrio; quod in summano iudicio ex leui præsumptione calumniæ, potest exceptionē repellere in plenario: tamē nisi ex vehementi eam repellere non debet: ac ibi subiungit, semper in dubio præsumendū Iudicē in repellēda exceptione ex causa motum. c. in præsentia. de renūtiatione. c. si cut. de re iudica. facit. l. 2. C. de offi. ciuil. iudi.

¹³⁶ ¶ **Q V O D** intelligendum est, quando calumnia percipitur ex actis: secus si colligatur ex coniecturis extrinsecis. vt elegāter declarat Felinus in. c. de cætero. col. 4. vers. tamen vult Alexander. & c. extra. de re iudica.

¹³⁷ ¶ **A D** prædicta etiā, quod vbi cōtra excipientē adest quædam

leuis præsumptio malitiæ seu calumniæ: non debere eum repelli, est textus notabilissimus in. c. licet causam. de probatio. vt vtar verbis Baldi in. l. non epistolis. col. fi. vers. & si appareat. C. de probatio. secus si adesset magna præsumptio malitiæ seu calumniæ: vt per Innocen. in eo. c. post electionē. Ita Panor. Felinus, ac Decius, in eo. c. licet causam. vbi vidēdus est. 6. notabili.

¹³⁸ ¶ **P R A E M I S S A** corroboratur ex eo quod tradi solet. Statutum requirens consiliū sapientis, nō debere intelligi, vbi id cōsiliū calumniosē peteretur causa differendilite. Angelus Consi. 136. in. q. vertente. col. 3. vers. non obstat. Ioan. de Anania in. c. super eo. col. fi. extra. de crimine falsi.

¹³⁹ ¶ **S I M I L I Q;** modo, in statuto disponēte cōpromissum fieri debere. Si enim calumniosē illud petatur, nō debere admitti: author est Angelus. in. l. ampliorē. circa fi. vers. & hic attende. C. de appellatio.

¹⁴⁰ ¶ **Q V I B V S** & illud proximum est: Remissoriam ad partes, quando calumniosē petitur, non esse concedendam. teste Romano, Consi. 273. vbi etiam aliqua signa describit, ad calumniam cognoscendam.

¶ Illud

¹⁴¹ ¶ **I L L V D** autem non omitendum: Eum qui calumniosē instrumētum producere differt, postea id producentē, non esse audiendum: nisi prius refectis expensis, quibus sua tarditate & calumnia aduersarium vexare voluit, teste Baldo, qui summē id commendat. in. c. exceptionem. in prin. vers. & idem est. in eo. extra. de exceptio. Refert & sequitur Felinus, in. c. ad audientiam. 2. col. ii. de rescriptis. Ad quod tex. ibiq; Panor. in. c. suscitata. extra. de integritate restituta. 3. notabili. cum similibus. vt Felin. scribit, in eo. c. de cætero. col. 3. & 4. de re iudica. Decius in eo. c. licet causam. 6. notabili. de probatio. Hippoly. in. l. patre vel marito. col. 12. & sequen. nu. 77. & sequentib. ff. de quæstio. Idem Hippolytus in praxi causar. crimina. §. opportunē. col. penul. & fi. nu. 75. cum pluribus qui sequuntur: de qua re etiā aliquid idem ipse Hippolytus tradit in. l. si quis ne quæstio. nu. 57. ff. de quæstio.

¹⁴² ¶ **Q V A E** omnia limitanda de clarandaq; sunt, vbi agitur de præiudicio reparabili: sed si ageretur de irreparabili, nō repellipotentē ex quacūq; præsumptione caluniæ, author est Baldus in. l. 1. col. penul. vers. præterea ex-

ceptio admittitur. C. de his qui accusare nō possunt. vbi inquit exceptionē admitti vbi aliās nō admitteretur, quando periculū aliter reparari non potest. Ad quod facit. l. 1. §. fi. & l. 2. & 3. ff. de fer. Sequitur & cōfirmat Alexander Consi. 17. requisitus in causa. col. penul. & sequen. volu. 1. atq; ad idē. l. 2. ff. de appellatio. recipiēdis. Eandē limitationem tenet Decius in eo. c. licet causam. notabili. 6. ac vt singularem refert, ac sequitur Hippoly. singulari. 686. calumniosē petita.

¹⁴³ ¶ **A N** autē aduersus calūniā, calūniosē possit quis se defendere: glosa elegās in. c. cupientes. in prin. in verb. malignantiū. de electione. li. 6. testatur id licere: quā latē confirmat Hippoly. singulari. 177. malitijs hominum. vbi pulchrē. Cauillationes enim aduersarij per alias cauillationes repellere posse: nec videri fraudē facere qui fraudē excludit. cauetur in. l. cum pater. §. Titio fratri. in. fi. ff. de legatis. 2. & hæc sufficiāt in materia calūniæ, vt ad alia pergamus.

¹⁴⁴ ¶ **V N D E C I M O** infero rationē ad eā regulā, qua cauetur spoliatū etiā præ donē, ac violētum possessorē ante omnia restituentū. l. si quis ad se fundū. C. ad legē Iuli. de vi pub. c. in literis. de resti-

M 2 tutio-

tutio. ſpolia. Non enim vi, nec armis, ſed per legitimos legum tramites, & ſic via iuris, vt Accuſis exponit, eius malitia ſeu calūnia expellenda eſt. Ad quā regulā. i. 6. limitationes tradit Alexander. in. l. naturaliter. §. nihil commune. col. 8. cum ſequentibus. ff. de acquiren. poſſeſſio.

145 ¶ FACIT pulcher textus nō vulgaris, & perpetuo menti cōmendandus, in. l. nullus. C. de Iudæ. cuiſ verba ſunt: Et ſi aliquis ſit ſcleribus implicitus, idcirco tamē iudiciorū vigor, iuriſq; publici tutela in mediū videtur cōſtituta, ne quiſq; ſibi ipſi permittere valeat vltionem.

146 ¶ ET Cæſar dixit: Tu vim putas eſſe ſolū, ſi homines vulnerentur? Vis enim eſt, & tunc, quotiens quis quod ſibi deberi putat, non per Iudicē repoſcit. Non puto autē, nec verecundię nec dignitati, nec pietati conuenire, quicq; non iure facere. ait tex. elegantis imus in. l. creditores. ff. ad legem Iuliā de vi priuata. Similis tex. in. l. extat. ff. quod metus cau. Non enim ſingulis concedendum eſt, quod per magiſtrum publicē fieri poſſit. l. nō eſt ſingulis. & ibi latē Guiliel. Maynerius, Decius, & Hieronymus Cagnolus, ponentes limita-

tiones huius regulæ. ff. de regu. iu. de quibus per Albericum in ea. l. nullus. poſt gloſam. C. de Iudæ. per Baldum in. c. 1. §. ſi quis vero. de pace iuram. firmā. cum ſimilibus. per Innocen. in. c. olim. 1. de reſtitu. ſpolia. latē per Specul. vbi ponit. i. 8. fallen. in. tit. de actore. §. 1. verſi. item quōd vult propria authoritate ſibi ius dicere. Facit. l. 1. & 2. cum materia. C. quādo liceat vnicuiq; ſine Iudi. ſe vindicare. cū ſimilibus.

147 ¶ DVODECIMO & vltimō infero, in eam conſuetudinē, qua Iudices Regios ex deſiptionibus teſtiū, in ſummariā in formatione, honore priuatos videmus: quę cōſuetudo non perpenſo iudicio, nō calūnantium iniquitates per legitimos tramites expellere, ſed calūnijs viam aperire videtur. ex ea doctrina Bart. in. l. ſi. in fine. ff. de queſtio. cū alijs ſuperius citatis: atq; ex eo quōd cauſam ſtatus ſeu infamię, cauſæ criminali corporali æquiparandam, aſſerit Feli. poſt Fran. Areti. in eo. c. cū veniſſet. de teſtibus. Hippoly. in eo. §. examinanda. col. 13. nu. 15. verſi. & idem dicit. pro quibus. l. an iuſta. ff. de manumif. vindic.

148 ¶ NISI forte quis diceret, Iudices Regios eam præcedēdi formā ſcien-

ſcientes ac conſentientes, videri tacitē renuntiare deſenſioni, de eorum teſtium deſiptionibus ſibi copiā dari nō petētes: quod & in cauſis corporalibus ſtatutū eſt. iuxta doctrinā Bald. ac Sali. in. l. ſi. §. ſi. de tēpor. appella. & ſuprà tradidi: aliās autē ſi eorū teſtium deſiptiones ſibi tradi peterent, vt in eos obijcere poſſent defectus, ſeu alia ex quibus eos nō omni exceptione maiores cōſtare poſſet. iuxta glo. in. c. 1. de cōſangu. & affini. nō videbā qua ratione denegandum eſſet.

149 ¶ PRAETEREA, in criminibus publicatio teſtium eſt neceſſaria. iuxta doctri. Bar. in. l. ſolam. C. de teſtibus. col. 2. receptam, teſte Decio in. c. cauſamq; 1. de teſtibus. Non facta igitur teſtium publicatione: qua ratione Iudices condemnari poterant?

150 ¶ VLTERRIVS etiam, in crimine hæreſis, teſtium deſiptiones, ſuppreſſis eorum nominibus, delinquentibus dari cautū eſt, & ita vtimur. vt in eo. c. ſi. de hæreti. in. 6. ergo in alijs, nō ſuppreſſis nominibus, vt conſuetū eſt, reis tradendas quis dubitat? lius ſingulare. ff. de legibus. l. 1. ff. ad municipal. Deci⁹ in rubri. C. qui teſta. facer. poſ.

151 ¶ CVM tamen aliquando de

hac re cū grauiſſimis viris ſermo incidere: ea ſola ratione eum vſum fulciri intellexi, ſcilicet, quia ſi id fieret, nemo contra Iudices Regios quicq; dicere aude- ret: & ita delicta impunita remanerent. contra. l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquil.

152 ¶ QV AE ratio, licet eis viris diſertiſſimis placida, nec vtilis Reipublicę, nec iuri cōueniens, mihi aliquando viſa eſt: cū melius ſit impunitum relinqui facinus, quā innocētē dānare. l. abſentē. ff. de pœnis. innocētēmq; eum dici, qui innocēs eſt, vel indefenſus. l. lex Iulia. §. ſi. ff. ad legem Iuliam repetunda.

153 ¶ QV OD maximē in his cauſis Iudicum ſeruandū eſſet, cū vltra iuris præſumptionem, quę pro eis eſt. l. 2. C. de offi. ciuil. Iudi. c. in præſentia. extra. de renūtia. illa ratio perſuaſiua in eis militare non poſſit, cū plurimos maleuolos habeāt, iuxta elegantē illā. l. Regiā ac ſingularem. 1. 1. tit. 1. Parti. 7. Nihil enim eſt tam molle, tam tenerū, tam aut fragile, aut flexible, quā voluntas erga Iudices, ſenſuſq; popularium, qui nō modò improbitatē irafcuntur candidatorū, ſed etiā in rectē factis ſepe ſaſtidiunt. vt pulchrē inquit Cice. pro Milone.

155 ¶ **A C** à communiter accidentibus, iuxta. l. certi conditio. §. si nummos. & ibi amplè Iaf. ff. si certum petā. & in. l. vtiliberis. in verb. vt fieri affolet. C. de collatio. testes contra Iudices nunquam deficiāt: non modò veri, verum falsissimi.

156 ¶ **V I D** enim viros grauiſſimos falſidicis testibus oppreſſos, claraq; veritate liberatos: iuxta illud Ciceronis pro. M. Caelio: O magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem ſolertiam, cōtraq; fictas omnium inſidias, facile ſe per ſeipſam defendat: eos autem testes periuros impunitos, eo ſolo graui fundamento.

157 ¶ **Q V I B V S** testibus, poenā capitis infligendam ſemper exiſtimari: vt Alexandrum Seuerum facere ſolitum legimus, teste Eampridio, in eo Cæsare: vbi aliquos, inquit, volebat vel retores prouincijs dare, vel præpoſitos facere, nomina eorum proponebat: hortans populū, vt ſi quis quid haberet criminis, probaret manifestis rebus: ſi nō probaſſet, ſubiret poenam capitis.

158 ¶ **L E G I B V S** enim præmia propoſita ſunt virtutib⁹, & ſup-

plicia vitijs. Verū, iuſtum, atq; honeſtum laborem, honoribus, præmijs, ac ſplendore decorari oportet: Vitia autē hominum atq; fraudes: damnis, ignominijs, vinculis, verberib⁹, exilijs, morte, mulctātur. authore eodē Cicero. 1. de Oratore.

159 ¶ **V T I L I V S** enim eſt vnus improbi ſupplicio, multorū improbitatem coërcere, quā propter multos improbos vni parcere. idem Tullius. §. actio. in Verrem. ad quod. l. 1. C. ad legem Iuli. repetund.

160 ¶ **A C C V S A T O R E S** quippe multos eſſe in ciuitate, vtile eſt: vt metu coërcetur audacia. Verū hoc ita eſt vtile, vt ne planè illudamur ab accuſatoribus. vt pulchrè inquit idē Cicero pro Roſcio Amerino.

161 ¶ **A L I A S** facilitas veniæ tribuit incentiuum delinquendi. c. eſt iniuſta. in fine. 23. q. 4. caput enim audacię eſſe quis ignorat? maximamq; ille cebram peccandi impunitatis ſpem. inquit Cicero pro Milone.

162 ¶ **A L I A S** illud abſurdū quotidie euenire videmus. contra l. nam abſurdum. ff. de bon. liber. Iudices, de quibus lex ac Prin-

Princeps ita confidit, ex teſtium deſiptionibus falſis, ſeu non iure receptis, ac in alijs cauſis neceſſariò abſoluendos, vbi de ratione geſti muneris, & ſic de tanta re agitur: quacunq; teſtiū deſiptione condemnari poſſe, & ſic eos accuſaſſe ſufficere, cōtra eam Iuliani Imperatoris ſententiam, de qua Ammianus Marcellinus meminit li. 18. rerum geſtarū. in prin. Numerium, inquit, Narbonenſis paulò ante rectorē accuſatum vt furem, inuſitato cenſorio rigore pro tribunali palam admiſſis volentibus audiebat: qui cum inſita ratione deſederet obiecta, nec poſſet in quocq; confutari: Delphidius orator acerrimus vehemēter eum impugnans, documētorum inopia percitus exclamauit: Ecquis florentiſſime Cæſar nocens eſſe poterit vſquā, ſi negare ſuffecerit. Circa quem Iulianus prudenter motus ex tempore, ecquis, ait, innocēs eſſe poterit, ſi accuſaſſe ſufficiet? l. qui accuſare cū materia. C. de edē. Nullos enim teſtes eſſe receptos, vel eoſita iuris formam excedētes, paria eſſe iudicabam. l. quoties. & ibi amplè Iaf. ff. qui ſatiſdare cogantur.

164 ¶ **V N V M** ſupereſt in ea re diſcutiendum vltra omnes. Ea enim lege Regia Partitæ præno-

tata cauetur Principem, veritate inſpecta, manu Regia poſſe Iudices delinquentes punire. Ex qua concludēdum videretur ex ſummaria, quam dixi, informatione, nec facta teſtium ratificatione, iure eos puniri poſſe. ex ea doctrina Bal. in. c. 1. §. ſi. de no. forma ſideli. vbi inquit, ex ea clauſula inſpecta veritate, inſpecto iure gentium vel naturali, non attento ordine nec ſolēnitare Iuris Ciuilis procedendum. Idem Bal. in. l. etſi inutiliter. vltimo notab. C. de fideicom. Ludou. Romanus, Conſi. 20. viſo puncto. Bar. in extrauaganti. ad reprimendum. in verb. videbitur. In quo tamen non inſiſto, cū ea clauſula teſtium publicationem non excludat. Barto. & Alexan. ad eum, in. l. filius familias. col. 2. verſi. & an eius. ff. de dona. tit. generali. Iaf. in. §. in bona fidei. col. 5. Inſti. de actio.

165 ¶ **S E D** his omnibus non obſtātib⁹ altiori cōſideratione, eam noſtræ Hiſpaniæ cōſuetudinem laudabilem, ac iuri conſentaneā vltra oēs arbitror ex infra dicendis.

166 ¶ **E T** ex eo primū, vt mos iudiciorum, qui hætenus hæc in re obtinuit, & in poſterum ſeruetur intactus. l. ſi. vbi pulcher text. C. de iniuri. Longæuum. M 4 enim

enim vsum caufarum iuri comparandum, ac vt ius allegari poffe: fiue ad litem ordinadam, fiue decidendam tendat, Cardinal. ait in clemen. fape. verfi. & quia. sexto notabi. de verbo. fignifi. Latè Matthæus de Afflict. decifio. 79. in caufa appellationis. Idem decifio. 243. & decif. 135. & ftylum Curiaē feruandum Bartol. inquit in .l. Iuris peritos. in fi. ff. de excufa. tutor. ex .l. ob feruandum. ff. de iudic. bonus tex. in .l. Labeo. ibi. morem agētium fequi debemus. ff. de ftatu liber. c. quam graui. & ibi plenè Ioan. de Anania, de crimi. falſ. Hippol. Singul. 118. Stylus Curiaē cum ſimilibus.

167 ¶ **SECVNDO** comprobatur, quia poteftas conftituēdorum Magiftratuum ad Iuftitiam expediendam, eſt quid Regale. c. 1. quæ ſint Regalia. in vſibus feud. Quo ſuppoſito, Principem in eorum munerum cōceſſione eam legem apponere poſſe: vt iuxta formam conſuetam, geſti muneris rationem reddere teneantur, non eſt dubium. l. in traditionibus. ff. de pactis. Eadem 168 igitur conditio, etſi expreſſè nō dicatur, cenſetur à Principe appoſita, dum Iudices his muneribus præficit. argumen. tex. in .l. fin. C. de fideiuſſ. & eorum quæ

de conſuetudine in creatione officialium ſeruāda, tradunt text. glo. & Docto. in .l. ſuper creandis. C. de iur. ſif. li. 10. nec Iudices quæri poterunt, q̄ eo iudiciorū ordine, contra eos res agantur, cū non ſit nouū. l. non eſt nouū. ff. de legi. l. non eſt nouū. ff. de actio. empt. nec ex eo onere ad alia extranea & inſolita, ſed ad ea demum, quæ cōſuetudinis ſunt, aſtringantur. l. q̄ ſi nolit. §. quia aſidua. ff. de ædili. edic. l. vt liberis. ibi. vt fieri aſſolet. C. de collatio. l. certi condicō. §. ſi numos. ibi. cū quotidie. ff. ſi certum petat. Et ſi querantur: poterit Princeps reſpondere: Non faciō tibi iniuriam. iuxta illud Matthæi. 20. c. Volenti enim non ſit iniuria. l. 1. §. vſq; adeo. de iniur. l. in diem. ff. de aqua pluui. arcen. l. cū donationis. C. de trāfac. Regulare enim eſt, 171 ſcienti ac conſentienti iniuriam non inferri. l. nemo videtur fraudare. ff. de reg. iur. nec iura ſua remittentibus eſſe dandum regréſſum. l. quæritur. §. ſi venditor. ff. de ædili. edic.

172 ¶ **TERTIO** conſiderandum eſt, eam legem vñdecimam, tit. 1. Partit. 7. diſponentem Principem, inſpecta veritate, Iudices punire poſſe: eam interpretationem retroactis temporib⁹ rece

recepiffe, eamq; vt dixi, in vſu eſſe, vt ex teſtibus in ſummaria informatione receptis, nō facta eorum publicatione puniri poſſint: atq; id, inſpecta veritate, Princeps facere videatur. Ex quo ſuccedit regula. l. ſi de interpretatione. ff. de legib. Optima enim legū interpres eſt conſuetudo. vt ibi. & ita reſpondetur his quæ Bartol. ait in .l. filius familias. ff. de donatio. tit. general. & reliqui de quib⁹ in contraria parte meminimus.

173 ¶ **QUARTO**, quia hæc cōſuetudo laudabilis multiplici ratione introducta videtur: & primò, vt metu coërceatur audacia. vt inquit Cicero pro Roſcio Amerino: & ne Iudices, qui in ſumma poteſtate ſunt, in ſuperbiam erigantur, iuxta doctrinam Bal. in .l. 1. ex ea litera. ff. de offi. præfec. præto. Prætereā ne Iudices, qui Reipublicæ præſunt, aſperè dominantur: & ne detur occasio delinquendi. iuxta ea quæ Panor. tradit in .c. ſi. nu. 9. verſi. vide generaliter. extra. de iudic. Et ne propter inſolētiam poteſtatis, inſolētiores reddantur, ſed ciuiles ſemper ſint, qui ſe poſſe priuari ſciant. vt in ſimili, per Eutropium, lib. 1. rerum Romanarum, dum agit de primis Conſulibus. Quibus rationi

bus æquū eſt, eos rationem ſuæ villicationis reddere. iuxta illud Lucæ. 16. c. eamq; formā ſuprà tradita: ne deſint teſtes qui in eos deponere poſſint: quorum nomina, ſi publicarentur: nec qui deponere auderent, inuenirentur, & exinde ſcandala orientur, contra decifionem text. in .c. nihil. & ibi amplè Feſin. 175 extra. de præſcrip. quod & ea ratione in vſu eſſe puto, ne veritas opprimatur: quod præcipuè ad officium ſuperioris ſpectat. c. iudicantem. 30. q. 5. ſi rem non nouam. C. de iudi. circa princ. l. vna. ibi. veritatem colimus. C. de dedititia liberta. tollent. Decius tradit in .l. 2. 3. col. C. de edendo. adeo q̄ potius quodlibet ſcandalum tolerandum, q̄ veritatem relinquendam. ex .c. qui ſcandalizauerit. extra. de regul. iur. qui proprie intelligitur in Iudice, vel in teſte, eleganter ſcribit Panor. in .c. officij. col. vlti. nu. 6. poſt Innocen. de poeni. & remif. Tradit Decius in .c. quoniam contra falſam. 4. notab. in princip. de probatio. ſed hoc procedēdi modo contra Iudices, veritas melius eluceſcet. Igitur eam formam ſeruandam, ex prædictis ſatis liquet.

177 ¶ **QUINTO**, quia ſæpiſſimè traditum eſt Iudices creatos
M 5 à Prin

à Principe, ad nutum & beneplacitum Principis, dici perpetuos. l. Iuris peritos. vbi glo. & reliqui. ff. de excusa. tutor. propter incertitudinem voluntatis Principis, vt ibi. & ponit Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipse prætore. 3. q. ff. de ope. noui nuntia. Ea igitur declarata cessabit Iudicis imperium. c. cum cessante. extra. de appel. cum in claris non sit opus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. Nec quaerendum est, an testium publicatio interuenerit, cum in re sua quilibet sit moderator & arbiter. l. in re mandata. C. mandati. eo præcipue, quia magna & iusta causa est Principis voluntas. glo. in l. relegati. ff. de pen. cumq; ad id ex iusta causa motu præsumendum est. Tam enim Canonum quam Legum communem interpretum opinionem esse semper in dubio in Principe causam præsumendam testatur Iason, in l. si testamentum. C. de testamen.

¶ **S E X T O**, quia cum officia sint Principis. vt in eo. c. r. quæ sint Regalia: crimen sacrilegij iudicaretur, disputare an Princeps, ex ea solita forma procedendi, posset Iudices remouere. argumen. l. 2. C. de crimine sacrile. Cum enim eos Iudices, eis

muneribus ex mera gratia, liberalitate, ac mera voluntate, & summo beneficio præesse velit, ac eos cæteris sui Regni Iuris peritis præferat ex causa, quæ ab eadem voluntate Principis dependet: & quàm iustam esse præsumendum est, eos remouere posse, iuris est. l. nihil tam naturale. ff. de regu. iur. c. r. extra. eodem cum similibus. aliàs quod in Principis voluntate consistit, iuris necessitati subijceretur. contra l. rem legatam. cum ibi notatis. ff. de adimen. legat. Quicquid enim apud Gallos, eorum ordinationibus statutum sit, vt late scribit Benedictus in repet. c. Rainutius. in verb. duas habens filias. nu. 44. cum alijs qui sequuntur. de testamen. Boërius decisio. 149. Chassenæus in consuetud. Burgund. rubric. 1. §. 6. fol. 67. nu. 82. id tamen expeditum est ac iuri consentaneum, à superiori Iudicem posse remoueri. c. scriptum. de electio. & maxime ex causa superuenienti. l. vt gradatim. §. reprobari. ff. de munerib. & honorib. vt constat ex traditis per Deciũ, in. c. cum venerabilis. extra. de exceptio. & Boerium, in ea. decisio. 149. & maxime ex causa delicti in officio, quæ vbiq; terrarum generalis est: adeo vt etiam clericus & Episcopus in officio seculari delin

delinquens, possit à Principe eo officio priuari, vt est casus elegans in. l. quicumq; C. de episcop. & cleri.

184 ¶ **S E P T I M O**, quia in his quæ secretè ab officialibus fiunt, cum non possint ita facile probari: leuiiores probationes sufficiunt. pulchre Bald. in l. si quis in hoc genus. vers. addetamen vnum. C. de episcop. & cleri. Alexan. Consil. 156. viso processu. 1. col. li. 5. & quæ scribit Bald. in l. quicumq; 6. col. vers. 8. nota. C. de seruis fugitiuis. Decius in. e. consuluit. col. 3. vers. vltimo. notandum. extra. de offi. delega.

185 ¶ **O C T A V O**, Iudices à Regia Maieftate ab his honoribus amoueri posse, etiam non reddita gesti muneris ratione, iuris est. ex eo. c. r. quæ sint Regalia. iuncta. l. in re mandata. C. mandati. & supra traditum est. Solemnitas igitur publicationis testium non obseruata, dum agitur de reddenda gesti muneris ratione, non videtur tollere Principi liberam facultatem amouendi Iudices à muneribus eis in iunctis, cum solemnitatem non necessariam non obseruatam, non vitare actum, notum sit ex doctrina gloriæ. in §. multis autè

modis. aliàs in §. serui. in verb. transitu. Instituta de liberti. plenè lafon in §. omnium. nu. 166. Instituta de actionibus.

187 ¶ **N O N O** ipsis rerum experimentis cognitum est, ad publicam vtilitatè pertinere, eam procedendi formã seruare iuxta tex. in simili, in l. 2. C. vt in possessionem legatorum: quia secundum communem cursum causarum, regulariter neminem ex ea procedendi forma contra iustitiam cernimus: & si aliquis aliquando fuerit, non ideo consuetudo reprobanda est. l. ex his. & l. ius singulare. ff. de legibus. 188 Vtilitatem enim publicam præferendam iura tradunt. l. vna. §. fi. C. de caduc. tollen. l. vtilitas. C. de primi pilo. li. 12. ac ea quæ multis profunt, præferenda his quæ paucioribus prodesse possent, cauetur in l. actione. §. Labeo. cum ibi notatis. ff. pro socio.

189 ¶ **D E C I M O**, quia in rebus nouis constituendis, euidenter debet esse vtilitas, vt ab eo iure recedatur, quod diu æquũ visum est. pulcher tex. in l. in rebus. ff. de constitu. Princip. Cum igitur eam euidentem vtilitatè non videamus, minimè mutanda sunt quæ interpretationem certam sem-

190 ſemper habuerunt. l. minimè. ff. de legibus. Quæ enim vetus conſuetudo comprobatur, tolerabilia ſunt. l. Imperatores. in fi. ff. de policita. & maximè ſi conſuetudini veritas ſuffragetur, nil oportet firmiter retineri. c. fruſtra. in fi. 8. diſtinctione.

191 ¶ **V N D E C I M O**, ex cauſa plura à iure concedi, quæ aliàs non concederentur, ſtatutū eſt in ea. l. ſingulari, ſi hominem. ff. mandat. quæ ad multa à doctis citari ſolet: & propter ſcandalum teſtium, cuiusmodi: 192 occultanda nomina teſtium. vt cauetur in. c. fi. de here. li. 6. vbi caſus ſingularis. Imò etiam dicta teſtium ad tempus occultanda: vt ſi pars non audeat conuenire aduerſarium ob eius potentiam, & interim timetur de abſentia, vel morte teſtium. notat Hoſtienſis in. c. quoniam. extra. vt lite non conteſta. diſſerit Panor. in. c. cum. 1. & à nu. 11. in fine. extra. de re iudi. Ex cauſa igitur publicæ vtilitatis, quæ ex his & alijs, quæ ſuprà tradidimus, ſatis patet hanc procedēdi formā non à iure aberrare puto.

194 ¶ **D V O D E C I M O**, eam conſuetudinem vltra omnes, videtur cōprobare textus elegans in. c. qualiter & quando. 2. §. fi.

in fine. extra. de accuſatio. quo cauetur ordinem procedēdi, de quo in eo. c. cōtra regulares perſonas nequaquam obſeruandū: quæ cum cauſa requirit, facilius & liberius à ſuis poſſunt adminiſtrationibus amoueri. Cum igitur Iudices regulares perſonæ dicantur, cum iuris religionē, iurisque regulas profiteantur, ex his quæ late tradidimus infra, in verb. iuris religioſiſſimus. nimirum ſi in eis non ſeruetur ad vnguem diſpoſitio tex. in eo. c. qualiter & quando. 2. §. debet. illotit. Et eſt pulchrior tex. & caſus noſtræ quæſtionis in. c. per tuas. in fine. de ſimonia. vbi ſingulariter probatur, conſtitutōs in adminiſtratione, ex leuioribus cauſis ac probationibus, ab eis poſſe adminiſtrationibus amoueri, conſuetudinēque ita diſponentem valere: nec mirum. Sicut enim in electione officiorum attenditur conſuetudo. l. ſuper creandis. C. de iur. ſi. li. 10. l. non tantum. §. fi. ff. de decurio. cum ſimili: ſic etiam vbi de eorū mutatione agitur. vt eſt caſus ſingularis in eo. c. per tuas. in fine. de ſimon.

198 ¶ **D E C I M O** tertio, non eſt omittendum quod & ſuprà, in contraria parte deductum eſt: Iudices eam procedēdi formam ſcien-

ſcientes & conſentientes, videri tacite renuntiare teſtium publicationi, quod & in cauſis corporalibus licere tradunt Bal. & Sali. in. l. fi. §. fi. C. de tempor. appella. quo ſolo fundamēto, his quæ ex contraria parte in eam conſuetudinem adducuntur, ſatisfactum eſſe arbitror. Ad quod cōducit tex. elegans, & quod per eum tradit Panor. poſt Innocen. & Hoſtien. in. c. cum. 1. & à col. 2. in fine. & prin. ſequētis. verſi. & nota ſingulariter. extra. de re iudica.

199 ¶ **E X** quibus omnibus inferatur, comprobatio illius conſuetudinis, quam in militibus beati Iacobi, Alcántaræ, Calatrauæ, ac beati Ioannis, & ſimilibus videri videmus: quos ad eas militias aſſumendos, vel repellendos, teſtibus in ſummariâ, quam dicunt, informatione receptis, nec eorum teſtium facta publicatione iudicari ſolet. Et ſi cauſa ſit grauiffima: cum nō ſolum tangat vnumquemque eorum militum, ad eam militiam aſcendere cupientium: verum etiam totius generis ac nationis eorum, poſteritatisque claritatem ſeu maculam. l. 1. ff. de libera. cauſa. & l. quod ſi nolit. §. qui mancipia. ff. de ædili. edict. gloſa ordinata. in. l. cum vnus. in prin. in verb.

domum. ff. de alimen. & ciba. ſegat. De quibus militibus videndus eſt Chaffenſis in Catalogo gloriæ mūdi, nona parte. 4. 7. 8. & 9. conſideratione.

200 ¶ **I N F E R T V R** etiam ad eam conſuetudinem inſignium Collegiorū huius Regni, in quibus viri literatiſſimi florere ſolent, quorū generis, nationisque comprobatio ex ea, quam dixi, ſummariâ informatione, non facta teſtium publicatione colligi ſolet, ex ea quæ vel ad ea Collegia admittuntur, vel ab eorum ingreſſu repelluntur. Ad quod tendunt pulchra verba Cyni, & Bal. in. l. fi. C. quæ ſit longa conſuetu. vbi aiunt ſtilum curiarum & collegiorum eſſe ſeruandum.

201 ¶ **Q V O D** etiam ſeruari ſolet in eo laudabili ſtatuto à ſummo Pontifice confirmato, in ea celeberrimâ Toletana Eccleſia Giēnenſi, & ſimilibus, quo cautum eſt homines infectæ nationis ad dignitates, canonicatus, aliasque præbendas in eiſdem Eccleſijs nō admittendos. Eius enim rei veram inquisitionē, eo quo ſuprà tradidimus modo, ex teſtiū deſiſitione, in ſummariâ, vt aiūt, informatione fieri conſuetū eſt.

202 ¶ **E T** tandem hac noſtra conſuetu-

206
 207
 208
 209
 210
 211
 212
 213
 214
 215
 216
 217
 218
 219
 220
 221
 222
 223
 224
 225
 226
 227
 228
 229
 230
 231
 232
 233
 234
 235
 236
 237
 238
 239
 240
 241
 242
 243
 244
 245
 246
 247
 248
 249
 250
 251
 252
 253
 254
 255
 256
 257
 258
 259
 260
 261
 262
 263
 264
 265
 266
 267
 268
 269
 270
 271
 272
 273
 274
 275
 276
 277
 278
 279
 280
 281
 282
 283
 284
 285
 286
 287
 288
 289
 290
 291
 292
 293
 294
 295
 296
 297
 298
 299
 300
 301
 302
 303
 304
 305
 306
 307
 308
 309
 310
 311
 312
 313
 314
 315
 316
 317
 318
 319
 320
 321
 322
 323
 324
 325
 326
 327
 328
 329
 330
 331
 332
 333
 334
 335
 336
 337
 338
 339
 340
 341
 342
 343
 344
 345
 346
 347
 348
 349
 350
 351
 352
 353
 354
 355
 356
 357
 358
 359
 360
 361
 362
 363
 364
 365
 366
 367
 368
 369
 370
 371
 372
 373
 374
 375
 376
 377
 378
 379
 380
 381
 382
 383
 384
 385
 386
 387
 388
 389
 390
 391
 392
 393
 394
 395
 396
 397
 398
 399
 400

vt veritatis cultores, non delictorum necessarij inuētores nominentur: quod & à Collegijs, ac reliquis quibus hæc cura iniuncta est, summo vigilantiq; studio obseruandū satis liquet.

¶ T E S T E S autem falsidicos puniendos, si veritas elucescat, non dubito: ex his quæ in contraria parte abundè tradidimus.

Et fiat tam iuris Religiosissimus.

S V M M A R I V M.

- 1 P R I N C I P E S religiosissimi dicuntur duplici consideratione. Prima religionis Christianæ: altera religionis Iuris. ab hoc nu. vsq; ad nu. 9.
- 10 V ita Iudicum & Aduocatorum legibus rectè vtentium, magis frugifera est quàm Religiosorum.
- 11 D eus est fons Iustitiæ.
- 12 I n exordio mundi Deus, sine legibus rectoribus, mundum per se regebat: & secundum Iustitiam viuere voluisse, multis exemplis demonstratur.
- 13 D eus per Moysem populis suis legem dedit: & transgressoribus pœnam imposuit.
- 14 E tiam in veteri testam. Regia dignitas erat cognita, diuino permittente iudicio. & nu. sequentibus.
- 15 V troq; tempore pacis & belli oportet Principem Iustitiam facere.
- 16 S i Princeps Iustitiam non seruauerit, à Deo redarguetur.
- 17 N on solum diuina lege, tam veteri quàm noua, est debita à Principibus Iustitia, sed etiam positiua. & nu. sequent.

Iustitiam

- 22 Iustitiam esse omnium virtutum perfectissimam: & sine ea ceteras virtutes parum prodesse, & Iuribus & testimonijs demonstratur. & nu. sequent.
- 27 Iustitia regnantis vtilior est subiectis, quàm fertilitas temporis.
- 33 O pus Iustitiæ pax, & cultus eius silentium & securitas, & nu. sequent.
- 34 A d administrandam Iustitiam tria requiruntur in quolibet bene regente.
- 37 I n commendationem Iustitiæ allegantur tres leges Partit. & sequent.
- 38 P rincipes sanctissimi etiam dicuntur.
- 42 T raduntur plures rationes, ob quas Principes diu appellentur. & sequent.
- 44 D icuntur tædem Principes sacratissimi.

1 **P** R I N C I P E S religiosissimi dicuntur 3 vt hic, & in l. vnum ex familia. §. si. ff. de lega. 2. & in c. de Iudæis. 45. distinctione. ibi. religiosissimi Principis Zizebuti, duplici consideratione. Prima, religionis Christianæ: vt in eo. c. de Iudæis. & in epistola Interclaras. ibi. Nihil est enim, quod lumine clariore præfulgeat, quàm recta fides in Principe. nihil quod ita nequeat occasui subiacere, quàm vera religio. C. de summa trinitate & fide catholi. & in l. 1. in prin. ibi. in tali volumus religione versari. eodè. tit. Curandum enim est Regi, atq; 2 etiam tyranno, vt Deum, Religionemq; semper egregiè colere videatur: nam minus iniuriâ 4 homines à talib9 hominib9 me-

tuunt, cum Principem religiosum esse, ac Deum vereri putat: minusq; insidiatur ei qui Deum in auxiliū habere videatur. teste Aristotele, lib. 5. Politi. c. 11. in hæc verba. Videri etiam oportet ipsum erga religionem Deorum affici vehementer: minus enim formidabunt populi, ne quid contra Iustitiam fiat, si religioni deditum illum, existimabunt, ac Deorum timorem habere: minusq; contra illum raudebunt insurgere, quasi Deos habeat propitios & fauētes. Et gloriosa in Deum pietas, Regijs honoribus immobile fundamentū est: impij Reges miseri ac mali, malè pereunt: contra verò pietatis cultores, sine labore vincere solent, & aduersarijs præualere. Cyrillus lib. de recta fide: & Plutarchus in Politicis. Venerandi sunt à Principibus Dij, & per pietatem in honorē eorum opibus est vtendū. magnoperè enim affici multitudo solet, & in opinionem adduci. Colendos, venerandosq; esse immortales Deos, quando pietatem eorum conspiciunt: quos ipsi maximi ducunt tam magnificè & alacriter diuina prosequētium, adq; tot sumptus haud grauātè impendentium. Euitphrandus Rex Longobardorum admodū pius, qui plurima castra Baioriorum

riorum cepit: plus semper orationibus quā armis fidens, multas Ecclesias cōstruxit: & intra suum quoq; Palatium, oratoriū Domini Saluatoris edificauit: & quod nulli alij Reges habuerāt, sacerdotes & clericos instituit: qui ei quotidie diuina officia decantarent, author Paulus Diaconus, li. 6. de gestis Longobardorum. c. 17. & 18. Et de Iustiano, huius singularis Procemij auctore, in ea re legimus hūc Principem intra Constantinopolim urbem, ipsi Domino, qui est sapientia Dei patris, templū, quod sanctam Sapiētiam nominauit, extruxisse. Cuius opus adeo cuncta ædificia excellit, vt in totis terrarum spatijs huic simile nō possit inueniri. Erat enim hic Princeps, fide Catholicus, in operibus rectus, in iudicijs iustus: ideoq; omnia ei concurrebant in bonum, auctore eodem Paulo Diacono, li. 18. rerum Romanarū. c. 1. Et eodem. c. de Narſe Patritio, idem Paulus Diaconus ait, eum virum pijsimum, in religione catholicum, in pauperes munificum, in recuperandis basilicis satis studiosum, vigilijs & orationibus in tantū studētē, vt plus supplicationibus ad Deū profusis, quā armis bellicis victoriam obtineret. Hæc ille. Et videndus est omnino beatus Tho-

mas, qui singularissimè loquitur, in tractatu de regimine Principum, vbi tandem inquit. Omnes Reges qui ad diuinam reuerentiam fuerunt solliciti, foeliciter suum cursum consummasse: qui verò e contra, infoelicè consecuti sunt exitū. vt illic per eum c. 16. Pietate enim aduersus Deos sublata: fides etiam & societas generis humani, & vna excellentissima virtus Iustitia tollatur, necesse est. Tullius. 1. de natura deorum.

¶ **SECUNDA** consideratione dicuntur Principes iuris religiosissimi, vt hic, & in ea. l. vnum ex familia. §. fi. quasi tex. velit Principem oportere fieri iuris religiosissimum, id est, religionem Iuris & Iustitiæ summè profitentem. iuxta tradita per Panor. & alios. de religiosis. in c. Ecclesia sanctę Marię. col. 2. versi. nota quartò. de constitutio. per eūdem in rubri. de regularibus. nu. 3. versi. 2. principaliter quæritur. cum similibus. Religio enim est in legibus: prouidentia in armis. glosa, & Imol. in ea. l. vnum ex familia. §. fi. in verb. prouidentissimus. ff. de legatis. 2. Facit. l. 1. ibi. ius est ars boni & æqui, cuius merito quis nos sacerdotes appellet. ff. de iustitia & iure.

¶ Nec

10 ¶ **NEC** in ea re silebitur quod inquit Hostiensis in Procemio suæ Summæ. 6. col. versi. ciuili verò principaliter vitam Iudicium & Aduocatorum rectè videntium legibus, magis fructiferam esse, quā religiosorum. Sequitur Ias. in ea. l. 1. nu. 8. col. 4. dicens, Tales meliorem vitam facere, quā fratres Prædicatores, seu alios Religiosos. Atq; illud Hostien. sequitur ante Ias. Alberi. in ea. l. 1. in fi. prin. Idem Alberi. in. l. ab Anastasio. col. 1. versi. notandū. C. mādati: quod tam lege diuina, quā canonica, & ciuili confirmatur.

11 ¶ **VT** enim superius aliquid tradidimus, & hic latius repetendum est: in mundi exordio, fons Iustitiæ Deus noster, vt vtar verbis tex. in. c. si non licet. §. his igitur exceptis. 23. q. 5. mundum per se regebat sine Regibus vel rectoribus. iuxta tradita per Innocen. & alios, in. c. licet ex suscepto. de foro competen. ac secundum Iustitiam viuere voluisse, notum est. Patres enim nostros, Adam & Euam, diuini mandati transgressores, Iustitia mediante, puniuit. Genesis. c. 3. & c. serpens. de poeniten. distinct. 1. Deinde Cain & Lamech peccantes, poena afflixit. Gene. 4. c. Præterea Noë,

quem Regem & mundi rectorem, sacerdotemq; simul fecit: secundum legem viuere voluit. Gene. c. 9. ibi. Quicumq; effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius. Postea legem dedit populis suis, secundum quam voluit populum viuere: & transgressoribus poenā imposuit: & hoc per Moysen. vt habetur Exodi. 23. c. & in. c. reos. 23. q. 5. Et etiam in veteri testamento Regia dignitas erat cognita, diuino permittente iudicio, cum iam multi Reges essent vncti. vt in. c. 1. §. cum in veteri. extra. de sacra vnctione. De quibus dicitur, Prouerb. 8. c. Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Per me Principes imperant, & potentes decernunt iustitiam: & sic mandato diuino. Qui quidem ideo Reges fuere, quia Iustitia vfi sunt: eamq; Iustitiā populo administrare iussi: vnde Dauid Psal. 9. inquit, Quoniam fecisti iudiciū meū & causam meam: sedisti super thronū qui iudicas Iustitiā. Et Psal. 71. Deus iudicium tuum Regi da: & Iustitiam tuam filio Regis. Et in eodem Psal. 71. Iudica populum tuum in Iustitia tua: & pauperes tuos in iudicio. Et Psalmo. 105. Beati qui custodiunt iudicium: & fa-

N ciunt

ciunt iustitiam in omni tempore. Et legitur Saul Regem reprehensum & offensam contraxisse, quia iustitiam non exercuit in Achab hostium Regem. c. est iniusta. 23. q. 4. Et non solum Reges eo iure iustitiam administrare iussi sunt, sed etiam non parcialem. vt Deuterono. c. 13. Atq; vt Iudices possent rectius iustitiam administrare, querelas populi, tabernaculum Dei ingredientibus, ad Dominum referebant: vt secundum illius Imperium iudicarent, vt cauetur Exo. 23. c. transumptiuè in c. summoperè. 14. q. 1. Nec est omissum quod dicitur de Regibus, Deuterono. 17. c. Postquam autem federit in folio Regni sui, describet sibi Deuteronomij leges in volumine: accipiens exemplar à sacerdotibus Leuiticæ tribus: & habebit legem secum, omnibus diebus vitæ suæ: vt discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba & ceremonias eius, quæ in lege præcepta sunt. Vt non eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos: nec declinet in dexteram partem neq; in sinistram, vt longo tempore regnet ipse, & filius eius, super Israël.

15 ¶ P R A E T E R E A, in

nouo Testamento, CHRISTVS Deus noster volens iustitiam suam ostendere, eamq; fieri debere: legitur Iudæis interrogantibus an liceat tributū dare Cæsari, respondisse: Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. vt habetur Matthæi. 22. c.

16 ¶ V L T E R I V S, omni tempore teneri Regē iustitiam facere, tam pacis quam belli: supra latè deductū est, in verb. vt vtrumq; tempus & bellorum & pacis: eundemq; CHRISTVM Redemptorem nostrum dixisse: Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam Scribarum & Pharisæorum: non intrabitis in regnum cælorum. Matthæi. 5. c. Ita quod si Princeps iustitiam non seruauerit, à Deo redarguetur. Vnde legimus Ioan. 16. c. Arguet mundum de peccato, de iudicio, & de iustitia. Et noua lege, æqua lance iudicandum est, sicut antiqua lege: Vnde scriptum est: Ita magnum iudicabis, vt paruum. &. Non erit apud te acceptio personarum. Deutero. c. 1. & Actuū. c. 10. ibi, Aperiēs autem Petrus os suum, dixit: In veritate comperi, quod non est personarum acceptor Deus: sed in omni gente qui timet eum, & operatur iustitiam

stitionem, acceptus est illi. Et alibi Marci. 4. & Lucæ. 6. & Matthæi. 7. c. Eadem mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis. glosa etiam in l. rem nō nouam. in verb. iudicabuntur. C. de iudicijs.

18 ¶ D I V I N A igitur lege, tam veteri quam noua, est debita à principibus iustitia.

19 ¶ N E C solummodo lege diuina, verum etiam ex prudentū & Imperatorum responsis, decens & condigna est Principibus iustitia. Nam primū Romani Imperatores adepti Imperio, statim volentes secundum iustitiam viuere, leges condidere: easq; obseruari iussere: vt probatur per discursum. l. 2. ff. de origi. iuris. & in c. Moyse. 7. distinct. Et semper in responsis ad dubias quæstiones, secundum iustitiam eos respondere, scriptum est in l. Imperatores. ff. de iure fisci. iustitiamq; esse omnium virtutum perfectissimam: & sine qua aliæ virtutes parum profunt, inquit tex. in prin. in authen. vt omnes obediunt iudicibus prouinciarum. colla. 5. Pulchrè Aristoteles li. 4. Ethicorum. Proinde iustitia perfecta quidem virtus est: sed alterum spectat, vnde non raro

omnium reliquarum virtutum esse præstantissima videtur, ac vt in Prouerbio dicitur: Nec heesperus, nec lucifer ita sunt mirabiles. iustitia etenim simul omnes cæteras virtutes completitur: ipsaq; maximè est absoluta, quod & virtutis perfectæ vñibus deseruiat, & quod hac præditæ virtute, etiā erga alium, vti potest non erga seipsum tantum. Hæc ille. Et inquit Tullius li. 1. de Officijs: iustitia est illa virtus, ex qua viri boni acquirunt nomē & gloriam: quā cum quis deserit, Deo fit dissimilis, & Regio nomine indignus. Et de iustitia inquit Imperator in epistola, Inter claras. Cum Rex iustus federit supra sedem, non aduersabitur ei quicquam malignum. Et alibi Summus Pontifex se ita iustitiæ debitorem, vt nulli iniustitiam facere debeat, inquit in c. ex tenore. extra. de foro competent. Facit tex. in c. regum officium. 23. q. 5.

26 ¶ H A N C itaq; iustitiam fructus diuinus est sepius recenseri. c. ultimo. in fine. 35. q. 9. Ea namq; remota, quid aliud sunt Regna quam latrocinia vt inquit diuus Augustinus. 4. de ciuitate dei, ca. 4. Et Aristoteli ad Alexandrū: iustitia regnantis

27 vtilior est subiectis, quam fertilitas temporis: Opus quidem iustitiae: pax, cultus iustitiae silentium, & securitas: Esaiæ. 32. c. Et
 28 ibidem: In iustitia regnabit Rex, & Princeps in iudicio preerunt: Tanta enim est vis iustitiae, vt
 29 nec illi qui maleficio & scelere pascuntur, sine vlla eius particulari viuers possint: Nam & princeps latronum, nisi equaliter praedam dispartiat, aut interficietur a socijs, aut relinquetur. vt inquit Tullius. 1. de Officijs.
 30 Hanc virtutem colere, & eius suum unicuique tribuere summum bonum est: vt fructu leges. 1. 2. q. 1. Nam in iudicio via bona est iustitia: & accepta apud Deum magis quam immolare hostias, dicitur Proverbo. 6. c. Et, iustitia firmatur solum Regis, vt illic: Et, Aufer
 31 impietatem de vultu Regis: & firmabitur iustitia thronus eius. Proverb. 23. cap. 1. Notandum est
 32 ¶ I V S T E igitur iustitia virtutum Regina est. Nam & Prudentia, licet princeps virtutum ab alijs appelletur: sine iustitia nihil valet: iustitia vero sine prudentia multum poterit: teste Tullio. 2. de Officijs: & in
 33 ¶ E T ad eam administranda, in quolibet bene regente tria re-

quiruntur, teste Barto. in tractatu de regi. ciuita. 2. q. principali. verbi. pramitto quod in quolibet bene regente. Primum, perfecta ratio, ad discernendum iustum ab iniusto, licitum ab illicito. l. 1. ff. de iusti. & iur. Secundum, recta intentio, Qui enim iustitiam administrat, rectam intentionem habere debet, vt probatur: licet Bartolus non alleget in. c. qui sincera mente. 45. distinctione. Tertium, perfecta stabilitas, cum iustitia sit constans. & c. l. iustitia. ff. de iusti. & iuris
 34 ¶ E T de iustitia hodie iure non solum Reges, videntur sunt. l. 1. 2. & 3. & 4. tit. 1. Part. 3. ac ea quae scribit Lucas de Pen. in. l. nemi nemini. in verb. iustitia. C. de susceptor, & anchor. li. 10.
 35 ¶ I T iustitiae sancta sunt penetrant in quibus: semper boni & equi, ac probi facti respectus religiosa cum obseruatione versatur: & vbi studium verecundiae est, cupiditas rationi cedit: nihilque vtile, quod parum honestum videri possit, ducitur. auctore Valerio Maximo. lib. 6. c. 5. Eius autem praecipuum & certissimum inter omnes gentes, Hispania nostra exemplum esse omnibus nationibus, sincera fide id

id inspicere, iudicareque cupientibus, notissimum est.

37 ¶ D I C V N T V R etiam Principes sanctissimi vt in. l. que ris. ff. de natali. restituen. & in. l. Titia Seio. §. Lucius. ff. de lega. 2. Notat Paulus Castren. in. l. penul. ex ea. l. C. ad Sillanian. licet textus ille vocet eum sacratissimum, vt infra tractabimus, & superius etiam tetigimus:
 38 ¶ D I C V N T V R praeterea diui, vt in. l. fi. C. de eden. l. filius. §. diui. ff. de legat. 1. & alibi saepe tradit Albericus in Dictionario, in verb. Diui. post beatum Thomam. Secunda Secun. tractatu de sacrilegio. q. 99. quasi diuini, & ministri Dei: vel quia talis titulus, scilicet, diui, optimis Principibus decerni solebat: vt saepe in iure diui Imperatores appellantur: vel quia Caesares ex antiquorum more, post mortem inter diuos referentur: vel quia a Deo Imperium constitutum est: vt vtrumque tangit Alciatus in. l. ad instructiones. in verb. diuinas. C. de sacro san. Eccle.
 39 ¶ A C C E D A T quod tradi solet, leges diuinitus per ora Principum promulgatas. vt inquit tex. elegans in. c. fi. 16. q.

3. l. 1. §. sed neque. ibi. & a nostro diuino fuerint ore perfusa. C. de veter. iure enuclean. glosa, Cynus, Bal. Sali. & Paulus Castren. in. l. fi. in verb. diuino. C. de praescrip. longi temporis, quod intelligendum est ita, scilicet, quod discernere iustum ab iniusto, non competit humanae naturae, nisi quatenus diuinus natus hoc facit. vt eleganter declarat Cynus post Petrum, in ea. l. fi. C. de praescrip. longi temporis.
 41 ¶ P R I N C I P V M etiam iussio diuinum oraculum dicitur. l. iubemus. C. de emancipa. libero. & coeleste oraculum, vt in. l. in consiliarijs. C. de assessori. & in. l. iubemus. 1. C. de sacro sanc. Eccle. & sacrum oraculum. l. & si legibus. C. si contra ius, vel vtili. publi. & in. l. fina. C. de defensor. ciuitat. eiusque praecipua consulta coelestia. l. ne quis. in fine. C. de offi. rector. prouinciae. alias responsa coelestia. l. nullum. C. de cohortalibus. li. 1. 2. alias diuina indulgentia. l. fi. ff. de constitutio. Princip. vel aliter diuina beneficia. l. sacrilegij. C. de diuersis rescrip. alias sacri affatus, ius rescripta priuilegiaque vocantur. l. sacri affatus. C. de diuer. rescrip. alias vero consulta diuina. l. consulta. C. de testamen.

42 ¶ DICUNTUR etiam Principes facratiffimi, vt fuperius aliquid tetigimus. l. penult. ff. ad Tertullia. §. si qua vero. in authen. vt præponatur nomen Imperatoris. ibi. facratiffimi Imperatoris. colla. 5. & in principio. C. in rubro. ibi. facratiffimi Principis. & in §. 1. in prin. in authen. iusiurandum quod prestat ab his. colla. 2. & in l. penult. circa finē. C. ad Sillania. legesq; eorum facratiffimæ dicuntur. l. leges facratiffimæ. C. de legibus.

Quam victis hostibus triūphator magnificus:

S V M M A R I V M

- 1 POST victoriam sequitur triumphus.
- 2 Nemini à Romanis triumphus concedebatur, nisi quinq; millia hostium vna acie cecidisset. & nu. seq.
- 4 Triumphus pro aucto Imperio, nõ pro recuperatis quæ Populi Romani fuissent, decernebatur. & nu. seq.
- 6 Lauream seu triumphus non decernebatur his qui ad bella gerenda, sine vllõ missierant Magistratu. & nu. sequent.
- 9 Quamuis præclaras res, maximæq; vtilēs Reipub. quis ciuili bello gessisset: triumphare non permittebatur, si domestico cruore parta erat victoria.
- 10 Lauream & ardorem triumphandi sum-

- 11 me execratus est Augustus Cæsar. Qui sententiam obtinet in lite: dicitur de ea obtinere triumphum.
- 12 Commendatur fortitudo & Iustitia Lucij Sicinij Dentati.
- 14 Enumerantur plures virtutes, quibus armatos, decoratosq; Principes esse oportet.
- 15 Qui timet hominem, cito corruet: qui verò sperat in Domino, subleuabitur.
- 16 Deuota oratio multum prodest ad fortitudinem, & ad victoriam.
- 17 Allegatur Lucas de Penna, qui congerit decem bona eleemosynæ.
- 18 Vir sapiens est fortis, & vir doctus est robustus. Potius in animi virtute, quam in viribus corporis, & lacertis gloria fortitudinis inest.
- 19 Gigantes, licet magna essent statura: tamē, quia insipientes erant, interierunt. Sapientiam robori corporis præponderare, multorum testimonijs demonstratur. ibid. cum tribus sequent.
- 23 Fortitudo sine Iustitia non censetur virtus. Scientia sine Iustitia, calliditas potius quam sapientia est appellanda. Magnanimi sunt, non qui faciunt, sed qui propulsant iniuriam.



OST victoriam sequitur triūphus. Sunt enim hæc proportionabilia, arma, vsus armorū, victoria, triumphus, sicut leges, vsus legum, calumniæ repulsio, & iuris religio. vt eleganter Accursius ait.

¶ QUI quidem triumphus uà Romanis nemini concedebatur

debatur, nisi quinq; millia hostium vna acie cecidisset. authore Valerio Maximo li. 2. c. 3. ob leuia inquit prælia, quidam Imperatores triumphos sibi decerni desiderabat. Quibus vt occurreretur, lege cautum est, ne quis triumpharet, nisi quinq; millia hostium vna acie cecidisset. Non enim numero, sed gloria triūphorū excelsius vrbis nostre futurum decus existimabant. Cæterum ne tam præclara lex cupiditate laureæ obliteretur: legis alterius adiutorio fulta est. Quam legem Marcius & M. Cato tribuni plebis tulerunt. Pœnam enim Imperatoribus minatur, qui aut hostium occisorū in prælio, aut amissorum à ciuium falsum numerum literis Senatui ausi essent referre, iubetq; eos cum primū urbem intrassent, apud quæstores vrbanos iurare de vtroq; numero verè ab his Senatui esse scriptum.

¶ P R A E T E R E A triumphus pro aucto Imperio, nõ pro recuperatis quæ Populi Romani fuissent, decernebatur. vt ibidē. de. Quin. Fuluius inquit Valerius: Sapientiores igitur Quintus Fuluius, qui Capua capta, & L. Opimius, qui Fregellanis ad deditiõnem compulsis, triumphandi potestatem à Senatu petierunt.

Vterq; editis operibus magnificus; sed neuter petita rei compos. Non quidem inuidia Patrum C. cui nunquam aditum in curia esse voluerunt: sed summa diligentia obseruandi iuris, quod cautum erat, vt pro aucto Imperio, nõ pro recuperatis, quæ Populi Romani fuissent, triūphus decerneretur. Tantū enim interest adicias aliquid, aut detractū restituas, quantū distat beneficij initium ab iniuriæ fine. Hec ille.

¶ P R A E T E R E A, nec lauream seu triumphus decernebatur his, qui ad bella gerenda, sine vllõ missierant Magistratu, eodem Valerio ita referente: Quinetiam ius de quo loquor, sic custoditum est, vt P. Scipioni ob recuperatas Hispanias, Mar. Marcello ob captas Syracusas triūphus nõ decerneretur, quod ad eas res gerendas sine vllõ missierant Magistratu. Pro bentur nunc cuiuslibet gloriae cupidi, qui ex desertis montibus, Myoparonumq; piraticis rostris, laudis inopes, laureæ ramulos festinabūdam manu decerpserunt. Carthaginis imperio rupta Hispania, & Sicilia caput abscissum Syracusæ, triumphales iungere currus nequuerunt: & quibus viris? Scipioni, & Marcello: quorū ipsa nomina instar sunt æterni triumph-

triumphi. Sed clarissimos solida, veraq; virtutis authores, humeris suis salutem patrie gestantes, et si coronatos intueri Senatus cupiebat, iustiori tamen referuandos lauræ putauit.

8 ¶ Q V I B V S. annectendum est. Moris esse apud Romanos, ab Imperatore triumphum ducturo, Consules intuari ad cenam, deinde rogari vt venire se perfedeant, ne quis eo die, quo ille triumphauerit, maioris in eodem coniugio sit imperij.

9 ¶ P R A E T E R E A non est omissendum, quod quauis quis præclaras res, maximeq; vtilis Reipublicæ ciuili bello gessisset, Imperator tamē eo nomine appellatus nō est, neq; triūphauit; quia lugubres semper victoriae exstimate sunt: vtpote non externo, sed domestico parte cruore. Lauream enim nec Senatus cuiq; dedit, nec quisq; sibi dari desiderauit, Ciuitatis parte lachrymante, vt eleganter tradit Valerius, vbi supra.

10 ¶ Q V A M lauream, & ardo rem triumphandi summē execratus est Augustus Cæsar, teste Eutropio, ac Sexto Aurelio, in eius vita, in hæc verba. Adeo deniq; bella, simultates, execra-

tus est, vt nisi iustis de causis, nunq; genti cuiq; bellum indixerit, iactantisq; esse ingenij, & leuissimi dicebat ardore triumphandi, & ob lauream coronam, id est, folia infructuosa, in discrimen per incertos euentus certaminum securitatem ciuū precipitare. Hæc ille.

11 ¶ E T qui sententiam obtinet in lite, dicitur de ea obtinere triumphum: vt est tex. elegans, & forte singularis in. c. i. ibi. que obtineret de proprietate triumphum. extra. de. lecresta. posse. & ructuum.

12 ¶ P O S T R E M O nō omissendum censui, quod de Lucio Sicinio Dentato eiusq; triumphis ac fortitudine inquit Valerius, li. 3. tit. 2. in hæc verba: Quod ad preliatorum excellentem fortitudinem attinet, merito. L. Sicinij Dentati commemoratio omnia Romana exempla finierit: cuius opera, honoresq; operum, vltra fidem veri, excedere iudicari possent, nisi ea certi authores, inter quos Marcus Varro, monumentis suis testata esse voluissent; quem centies & vigesies in aciem descendisse tradunt, eo robore animi, atq; corporis vtentem, vt maiorem semper victoriae partem traxisse videre-

deretur, sex & 30 spolia ex hoste retulisse, quorum in numero octo fuisse cum quibus spectante vtroq; exercitu ex prouocatione dimicasset, tredecim cibus ex media morte raptos seruasse, quinq; & quadraginta vulnera in pectore, ex capillis, tergo cicatricibus vacuo, nouē triumphales Imperatorum in curia secutus, totius Ciuitatis osculos in se numerosa donorum pompa conuertentē. Preferēbatur enim Aureæ coronæ octo. Ciuica quatuordecim: Murales tres: Obsidionalis vna: Torques. 18. Armille. 160. Hasta. 18. Phalera. 25. ornamenta etiam legioni, nedum militi fatismulta. De quibus & alijs coronis militaribus, ac earum declarationē, pulchre loquitur Ioannes Baptista Asinius in. l. cum in diuersis. nu. 35. cum pluribus qui sequuntur. ff. de relig. & sumpt. funer.

13 ¶ A D summam, ex hac litera atq; ex his quæ supra fusius tradita sunt, duæ potissimum colliguntur Principum virtutes: FORTITUDO, scilicet, & IUSTITIA.

14 ¶ A L I A E tamē scripte sunt, quibus etiam Principes armatos, decoratosq; esse oportet: FORTEM, IUSTVM,

SEVERVM, GRAVEM, MAGNANIMVM, LARGVM, BENEFICVM, LIBERALEM: hæc sunt Regiæ laudes. vt inquit Cicerō pro Rege Deiotaro. Item. MANVS VERTVM. l. ff. C. de offi. comit. sacri Palatii. Præterea. CVNCTIS ESSE BENIGNVM, OMNIBVS AEQVVM, NEMINI BLANDVM, PAVCIS FAMILIAREM, AD IRACUNDIAM TARDVM, AD CLEMENTIAM PRONUM, IN ADVERSIS FIRMVM, IN PROSPERIS CAVTVM, & tandem. OMNIBVS PRODESSE DEBET, ET NULLI NOCERE, vt inquit Philosophus, teste Luca de Pen. in. l. iudices. col. 4. versi. vltimo. nota. C. de dignitati. li. 12. dicente: Bonum Regem, & Iudicem laudabilem, teneri seruare hæc præcepta Philolosophi. Et mirum est, eum authorem, qui alias variæ lectionis est, ea verba Philosophi tam singularia, ita inculta reliquisse. Quibus omnibus ac alijs virtutibus, quæ ad calcem libri describuntur, absint verbis blanditiæ, ac vera fateri liceat Regem nostrum Christianissimum speciatim præinctum, adornatum, ac

florētiffimum, ac earum omniū
præcipuum, ac certiffimum,
inter omnes gentes exemplum
eius Regiæ Maieftatem effe, no-
tiffimū est. Nec omittendū, vltra
Lucā de Pen. ca. fuisse verba Se-
necæ de quatuor virtutibꝫ. in. c.
de continentia. &. c. de iuftitia.

¶ E T vt omnia paffim & suo
ordine differamus, tam Cicero-
nis, quam Philofophi dogmata:
quia de Fortitudine & Iuftitia la-
te fuprà tractatum est, in verb.
armis decoratā. & in verb. legi-
bus armatā. ac in verb. Iuris re-
ligiofiffimus. Aliqua tamen an-
teqꝫ; ad alia progrediamur, quæ
ad Regiæ fortitudinē neceffaria
iudico, hic annexerē decreui.

15 **¶ E T** illud Primum, fcilicet, ti-
mor Domini. iuxta illud: In ti-
more Domini fiducia fortitudi-
nis. Prouerbi. 14. c. & illud: Qui
timet hominē, cito corruet: qui
verō fperat in Domino, fubleua-
bitur. Prouerb. 29. c.

16 **¶ S E C V N D V M**, deuota ora-
tio, quæ multū prodeft ad for-
titudinem. De celo enim est for-
titudō. i. Machab. c. 3. & c. 11. Sei-
dit Ionathas veltimenta fua: &
pofuit terrā in capite fuo, & ora-
uit: & reuerfus est ad eos in præ-
lium: & conuertit illos in fugam,

& pugnaverunt. & Exodi. c. 17.
Cum leuaret manus Moyfes, vin-
cebat Ifraël. Non enim in multi-
tudine exercitus victoria belli,
fed de celo fortitudo est. i. Ma-
chab. c. 3. Et Judith. 4. Memores
eftote Moyfi ferui Domini: qui
Amalech confidentem in virtu-
te fua, & in potentia fua, & in ex-
ercitu fuo, & in clypeis fuis, & in
curribus fuis, & in equitibus fu-
is: non ferro pugnano, fed præ-
cibus fanctis orando deiecit. Et
inferius. Et erat cinis fuprà ca-
pita eorū. Et ex toto corde fuo
omnes orabant Deum, vt visita-
ret populum fuum Ifraël.

17 **¶ T E R T I V M**, elecmofyna,
quæ expugnat inimicos. de ea e-
nim fcribitur Ecclefiasti. 29. c.
Super fcutum potentis, & fuper
lanceam, aduerfus inimicum tu-
um pugnabit. Et decē bona quæ
ex elecmofynarum largitione
quis confequitur, tradit Lucas
de Pen. in rubri. C. de medican.
valid. li. 11. in fine. in verfi. cir-
cā tertium. vbi multa de elecmo-
fyna. De qua etiam videndus
eft idem Lucas de Penna, in. l. fi.
C. de annon. ciuil. cod. li. 2. v.

18 **¶ Q V A R T V M**, fapientia.
Prouerbio. 24. Vir fapientis for-
tis est: & vir doctus, robustus.
Et Gregorius in Moralibus. Vat

de

de fortitudo destruitur, nisi per
confiliū fulciatur. Et Titus Li-
uius li. 2. de bello Punico: Ma-
lo te fapiēs hostis metuat, quā
quod ftulti ciues laudent. Om-
nia audentem contemnet An-
nibal: nihil temerē agentem me-
tuet. Non enim tantum viri-
bus corporis & laertis fortitu-
dinis gloria est, fed magis in
virtute animi. inquit Ambro-
sius. 1. de Officijs. & Tullius. 1.
de Officijs. Parua fūnt foris ar-
ma, fi non est confiliū domi.
Et infra. Nobis Rempublicam
gubernantibus, nonne togæ ar-
ma cesserunt? Et Salustius in
procemio Catilinar. Priusquā
incipias, confulto: & vbi con-
fuleris, maturē opus est facto.

19 **¶ V N D E** fuerunt Gigantes
antiquitus nominati: illi, qui ab
initio fuerant ftatura magna,
fcientes bellum. Non hos ele-
git Dominus, neqꝫ; viam disci-
plinæ inuenerunt: propterea,
perierunt. Et quoniā non habue-
rūt fapientia, interierūt propter
fuam infipientia. vt cautū est Ba-
ruch. 3. c. Non fic dicitur de viro
fapiente, de quo fcriptū est Ecce-
fiasti. c. 47. Surrexit filius fen-
fatus: & propter illum deiecit
omnem potentia inimicorum.
20 Expedi enim interdum aftutia
infidijsqꝫ; pugnare. c. Dominus

nofter. 23. q. 2. maxime contra
eos, qui nequeūt aperte deuina-
ci. vt ibi. Vnde Gregorius in Re-
gistro, li. 4. c. vltimo. Terrenus
hostis qui munita loca cupit in-
uadere, pugnandi arte fic vti-
tur. Latenter quidem ponit infi-
dias: & ad vnus loci expugna-
tionem, totum ostēdit: vt dum
ad defensionem loci illius, vbi
instat periculum, conuenitur:
loca alia de quibus nulla est sus-
picio, capiuntur: & euenit, vt
qui cognitus resistentis virtute
repulfus est, latens obtineat,
quod certando non potuit ob-
tinere: nam dum aliud atten-
ditur, aliud non cauetur.

21 **¶ N E C** ad ea omnia præter-
mittenda fūnt verba Vlyffis ad
Aiacem: Quæ Ouidius refert.
13. Metamorpho. ita loquentis

*Quippe manu fortes, nec sunt tibi
Marte secundi.
Consilij cessere meis, tibi dexte-
ra bello
Vtilis, ingenium est, quod eget
moderamine nostro.
Tu vires sine mente geris, mihi cu-
ra futuri est.
Tu pugnare potes, pugnandū tem-
pora mecum
Eligit Atrides, tu tantum corpo-
re prodes,
Nos animo, quātoqꝫ; ratem qui tenē
perat, anteit
Remigis officium, quanto est dux
milite maior,*

Tan

Tantum ego te supero. nec non in corpore nostro Pectora sunt potiora manu. Vigor omnis in illis.

22 Et ibi falus, vbi multa consilia. Prouerb. 24. c. & latius supra tractauimus.

23 ¶ **Q V I N T V M**, Iustitia. Fortitudo enim sine Iustitia non censetur virtus. vt in authen. vt omnes obediant Iudicibus prouinciarum. in prin. colla. 6. Fortis enim animus in homine non perfecto, nec sapiente, feruentior est. dicit Tullius. 1. de Officijs. Et rursus. Sicut scientia, quæ remota à Iustitia, calliditas potius, quam sapientia est appellanda: sic & animus paratus ad periculum, si sua cupiditate, non communi vtilitate impellitur, audacię potius nomen habet, quam fortitudinis. Fortes, & magnanimi sunt habendi, non qui faciunt, sed qui propulsant iniuriã. Tunc enim Fortitudo virtus est, cum pro æquitate pugnat. vt illic Tullius ait. Facit tex. in. c. non inferenda. & c. fortitudo. 23. q. 3. Nec aliud quam lex Iustitię, censenda est fortitudo. Sapien. 2. c. & Ambrosius. 1. de Officijs. Fortitudo sine Iustitia, iniquitatis materia est. Quo enim validior,

eo promptior, vt inferiores opprimat.

24 ¶ **E T** quia superius de Iustitia, effuso sermone tractatum est, tam in verb. legib⁹ armata, quam in verb. iuris religiosissimus: id solum proposuisse contentus ero, quod inquit Imperator in epistola, Inter claras. C. de summa trinitate. Cum Rex iustus sederit supra sedem, non aduersabitur ei quicquam malignū: inquit præterea Cicero.

Seuerum.

S V M M A R I V M.

- 1 **O P O R T E T** Principem seuerū esse. Seuerus dicitur, quasi sequens veritatem, vel quasi satis verus.
- 6 Omnis animaduersio, omnisq; castigatio, quamuis cum ira fiat, contumelia vacare debet.
- 7 In leuioribus causis proniores ad lenitatem Iudices esse debēt: in grauioribus autem seueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis seruabūt. In pœnis puniendis miscenda est lenitas cum seueritate: ne ex multa asperitate exulcerentur subditi: neq; nimia benignitate soluantur.
- 9 Redditur ratio, ob quam Potestates & Iudices deferunt virgam.
- 11 Laudatur Alexandri Seueri seueritas in fures & milites. etiam. nu. 6.
- 17 Scribitur Philippi Iunioris seueritas.



S E V E R V S dicitur, quasi sequens veritatem. vt tradit Corsetus in tra-

statu de potestate & excellen. Regia. q. 20. col. 2. vel seuerus, quasi satis verus; & qui tenet sine pietate Iustitiam. Inde seueritas, id est, integritas, rigor, districtio, iudicium, iracundia, secundum Pap. vt tradit Lucas de Pen. in. l. sciant Iudices, in verb. grauissima seueritate. C. de his quæ ex publicâ colla. illata sunt, non vsurpan. li. 10. & in. l. omnes. in verb. seueritate. C. de delator. li. 10. & in. l. placet. in verb. seueritas: C. de excusa. muner. sed secundum Tullium. 2. Rhetori. Seueritas est per quã iudiciaria potestas, vel vindicta in aliquem districtius exercetur. Hæc perutilis est Reipublicæ. Nam bene operans, nulli pareit dicitur. 8. Politico. Vnde Cicero. 1. de Officijs. Ita probanda est mansuetudo atq; clementia, vt adhibeatur Reipublicæ causa seueritas, sine qua Ciuitas administrari non potest. Nam maioris interdum est roboris delictorum iniquitas, quam legum æquitas. vt in authen. vt non fiant pignora. in prin. colla. 5. Tanta etiam est in Republica de morum varietate diuersitas, vt nemo valeat leges defendere, nisi terror videatur aliqua temperare. inquit Cassiodorus. 1. 2. variarum epistolarum. c. 3. & beatus Augustin⁹ in. c. prodest.

4 in prin. 24. q. 5. Ministerio seueritatis nostra quies adiuuatur. Et talis seueritas principates extollit, iuxta illud Quintiliani, in milite Mariano. Principes nos facit seueritas institutorū, ordo militiæ, amor quoq; laborum, & quotidiana exercitatione assidua belli meditatio. Itaq; plus penè moribus quam viribus vicimus. Et illud Vegetij de re militari. o. 1. li. 1. ibi. seuerè in desides vindicare.

6 ¶ **Q M N I S** tamen animaduersio, castigatioq; licet cum ira fiat: contumelia tamen vacare debet. Neq; ad eius qui punit aliquem, aut verbis castigat, sed ad Reipublicæ vtilitatem referre, inquit Cicero li. 1. Offi. & est textus aureus in. l. respiciendū. ff. de pœnis. cuius verba sunt instructiua Iudices in agendis causis. Respiciendum est iudicanti, ne quid aut durius, aut remissius constituatur, quam causa deposcit: nec enim aut seueritatis, aut clementię gloria affectanda est: sed perpenso iudicio, prout quæq; res expostulat, statuendum est. Planè in leuioribus causis proniores ad lenitatem Iudices esse debent: in grauioribus pœnis, seueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi. Miscenda

da eſt enim lenitas cum ſeueritate. Faciendum eſt igitur quoddam ex utroq; temperamētum: vt neq; multa aſperitate exulcerentur ſubditi, neq; nimia benignitate ſoluantur. Hoc nimirū illa tabernaculi Archa ſignificat: in qua cum talibus virga ſimul & manna eſt: quia cū ſcripturæ ſacræ ſcientia eſt in boni rectoris pectore: ſi eſt virga diſtrictionis, ſit & manna dulcedinis. Et facit illud: Virga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt: designans per virgam, diſtrictionem Iuſtitiae, quæ feriat: & per baculum, conſolationem quæ ſuſtentet: iuxta tex. illum elegantiffimum in .c. diſciplina .45. diſtinctione: per quæ, authore Præpoſito, illic ſumitur cauſa, quare Potēſtates terrarū & Iudices deferūt virgam in manibus, ad ſignificandum eos habere iuriſdictionē, coērtionēq; contra delinquentes.

10 ¶ E T de ſeueritate, vltra præmiſſa vidēdus Valerius Maximus. li.6.c.3. vbi inter cætera, de Cambyſe Regis in Iudicem ſeueritate, loquens, inquit: Iam Cambyſes inuſitatae ſeueritatis, qui mali cuiuſdam Iudicis ex corpore pellem detractam, fellæ intendi: in eaq; filium eius iudicaturum conſidere iuſſit: cæterum

& Rex, & Barbarus, atroci, ac noua poena Iudicis, ne quis poſtea corrumpi Iudex poſſet, prouidit.

11 ¶ A D quod non abs re adducendum viſum eſt, quod Alexander ille Seuerus dicere ſolebat, de quo Aelius Lampridius in hæc verba. Referebat Encolpius, quo ille familiariffimo uſus eſt, illum ſi vnquam furem vidiffet, paratum habuiſſe digritum, vt illi oculum crueret. Tantum odiū cum tenebat eorum, de quibus apud ſe probatum eſſet, quod fures fuiſſent. Addit Septimius, qui vitam eius non mediocriter executus eſt, tanti ſtomachi fuiſſe Alexandrū in eos Iudices, qui furtorum fama laboraſſent, etiam ſi damnati non eſſent, vt ſi eos caſu aliquo videret, commotione animi, ſtomachi choleram euomeret, toto vultu inardeſcēte, ita vt nihil loqui poſſet. Nam cum Septimius quidam Arabinus famoſus crimine furtorū, ſub Heliogabalo iam liberatus, inter Senatores Principem ſalutatum veniſſet, exclamauit, O numina, o Iuppiter, o dij immortales, Arabinus non ſolum viuit, verum etiam in Senatum venit: fortaſſis etiā de me ſperat, tā fatuum, tam ſtultū eſſe me iudicat.

Ac

16 Ac per præconem edixit, vt nemo ſalutaret Principē, qui ſe furem eſſe noſſet: ne aliquando detectus, capitali ſupplicio ſubderetur. Erat præterea illius ſententia, dicētis: & Iudices fures à Republica pellendos, ac pauperandos: & integros eſſe redimēdos, atq; ditandos. Ideoq; Præſides prouinciarum, quos verē, non factionibus laudari comperit, & in itineribus ſecum ſemper in vehiculo habuit, & muneribus adiuuit, ea verba referens: fures à Republica pellendos.

15 ¶ D E ſeueritate quoq; Lucij Domitij Prætoris, loco prænotato Valerius ait. Aequè tenax propoſiti L. Domitius. Nam cum Siciliam prætor regeret, & ad eum eximia magnitudinis aper allatus eſſet, adduci ad ſe paſtorem, cuius manu occiſus erat, iuſſit. Interrogatumq; quomodo eam beſtiam confeſſiſſet, poſtquam comperit uſum venabulo, crucifixit: quia ipſe ad exturbanda latrocinia, quibus prouincia vaſtabatur, ne quis telū haberet, edixerat. Hoc aliquis in ſinem ſeueritatis, & ſeuitiæ ponendum dixerit: diſputatione enim utroq; flecti poſteſt. Cæterum ratio publici imperij Prætozem nimis aſperum exiſtimari non patitur. Hæc ille.

¶ D E Alexandro quoq; Seuerō, de quo ſuprà meminimus, inquit Lampridius in eodē Alexandro. Seueritatis autem tantæ fuit in milites, vt ſæpe legiones integras exauthorauerit ex militibus Quirites appellās, nec exercitum vnquam timuerit: idcirco quod in vitam ſuam dici nihil poſſet, quod vnquam tribuni vel duces de ſtipendijs militum quicquam accepiſſent, dicens: Miles non timet, niſi veſtitus, armatus, calciatus, & ſatur, & habens aliquid in zonula: idcirco quod mendicitas militaris ad omnem deſperationē vocaret armatum. Et vt ſeueritas eius agnoſci poſſet, vnam concionem militarem indēdam putauit, quæ illius in rem militarem mores oſtēderet. Nam cum Antiochiam veniſſet, ac milites lauacris muliebribus & delitijs vacarent, eiq; nuntiatū eſſet, omnes eos comprehendere iuſſit, & in vincula conijci. Quod vbi cōpertum eſt, mota ſeditio eſt à legione, cuius ſocij erant in vincula coniecti. Tum ille tribunal aſcendit, vinctisq; omnibus ad tribunal adductis, circumſtantibus etiam militibus & quidem armatis, ita coepit: Commilitones ſi tamen iſta vobis quæ à veſtris facta ſunt, diſplicent, diſciplina maiorum Rempublicam tenet

tenet: quæ si dilabatur, & nomē Romanum & Imperium amittemus. Neq; enim sub nobis ista faciendæ sunt, quæ sub impura bestia (loquens de Heliogabalo) nuper facta sunt. Milites Romani, vestri socij, mei contubernales & commilitones amant, potant, lauant, Græcorum more etiam quidam se instituunt: hoc ego diutius feram? & nō eos capitali dedam supplicio? Tumultus post hoc ortus est. Atq; iterum: Qui in concione estis, vocem in bello contra hostē, nō contra Imperatorē vestrū necessariā emittite: certē campiductores vestri hāc vos docuerunt cōtra Sarmatas & Germanos ac Persas emittere: non contra eum, qui acceptam à prouincialibus annonā, qui vestem, qui stipendia vobis attribuit. Continete igitur vocem truculentam, campo ac bellis necessariā, ne vos hodie omnes vno ore, atq; vna voce quirites dimittam: & incertum, an

nobis deerit Respublica, non Senatus, non P. R. qui de vobis vindicet. Cū nihilominus post ista fremerent, exclamauit: Quirites discedite, atq; arma deponite. Mirando exemplo depositis armis, depositis etiam sagulis militaribus, omnes non ad castra, sed ad diuersoria varia recesserunt. Tuncq; primū intellectum est, quantum eius seueritas posset. Deniq; etiam signa stipatores & hi qui Imperatorem circundederant, in castra retulerunt: arma collecta populus ad palatiū tulit: eam tamen legionem quam exautorauit, rogatus per dies. 30. priusquā ad expeditionē Persicam proficisceretur, loco suo restituit, eaq; pugnante maximē vicit: cū tamen tribunos eius capitali affecerit supplicio, quod per negligentiam illorū milites apud Daphnē luxuriati essent, vel per conniuentiam seditionē fecissent exercitus.

17 ¶ E T de Philippo Iuniore Imperatore, ac eius seueritate, tradit Eutropius de gestis Romanorum in eius vita, in hæc verba. Iunior Philippus adeo seueri animi fuit, vt nullo cuiq; commento ad ridendum solui potuerit, patreq; ludis secularibus cachinnatē vultu auersato notauerit. Idē de eodē Philippo, Sex. Aurelius.

Gra-

Grauem.

S V M M A R I V M.

- 1 **P R I N C I P E M** oportet esse graue. Grauis dictus est à constantia & consilio: cui contrarius est leuis. Constantia in Iudice, Reipublicæ perutilis est. Constantia ex grauitate nascitur: inconstantia verò ex leuitate.
- 2 Oportet Iudicem grauem esse: quia non leniter, sed grauitè debet procedere.
- 4 Re censentur gesta quorundam Romanorum virorum, qui ob grauitatem commendantur. cum sex nu. sequent.
- 11 Iudices moueri debent magis ex grauitate personæ, quàm ex leuioribus dictis.
- 13 Amicis iniusta petētib; non solum petitio deneganda est, sed etiam grauitate verborum obiurganda.
- 14 Allegatur Publij Rutilij memorabile dictum contra amicum suum sibi indignatum.

- 1 **G R A V I S** dictus est, à constantia & consilio: quia nō leui motu dissilit, sed fixa constantia & grauitate consistit: cui contrarius est leuis, secundum Pap. Et constantia quæ Reipublicæ perutilis est in Iudice, ex grauitate nascitur: inconstantia verò ex leuitate, dicit Gregorius in Pastoral. c. 19. 3. parte.
- 2 Et ideo Iudex seu Magistratus debet esse grauis: quia non leniter, sed grauitè debet procedere debet in agēdis officij sui. l. scire de bet grauitas tua. C. de bon. va-

cant. li. 10. & in. l. 1. in verb. statim officio grauitatis tuæ nuncient. C. de his qui se deferunt. li. 10. Inde dicitur grauitas iudiciaria: quam etiam summus Pontifex seruat. c. licet. extra. de accusa. ibi. Clemēs Papa prædecessor noster, seruata iudiciaria grauitate: ad quod. l. diu. ibi. vestræ grauitatis est, ex fide personarum, quod vtile est pupillo, constituere. in prin. ff. de liberal. caus. Totius namq; Reipublicæ, quam gubernare debet, sustinet molem, & in se recipit grauitatem, vt Marcus Cato qui tenero animo totius Curie grauitatem percepit. teste Valerio Maximo li. 3. tit. 1. cum simili. vt tradit Lucas de Pen. in. l. 1. C. de bon. vacan. li. 10.

5 ¶ **M A G N A M** enim & bonam laudis partem in claris viris etiam illa vendicant, quæ aut ab his grauitè dicta, aut facta pertinax memoria viribus æternis cōprehendit, teste Valerio, li. 6. c. 4. In quo articulo non est omittenda illa Manlij grauitas, cui cū Cōsulatus omnium consensu deferretur, eumq; sub excusatione aduersæ valetudinis oculorum recusaret: instantibus cunctis, Alium, inquit Quirites, quærite, ad quem hunc honorem, transferatis: nam

O si me

si me cum gèrere coegeritis: nec ego mores vestros ferre, nec vos meum imperium perpeti poteritis. Si privati tam ponderosa vox, quam graues falces consulis extitissent? vt per Valerium vbi supra.

6 ¶ **D E** Scipione etiam Aemilia no referentem: Nihilo segnior Scipionis Aemilian aut in Curia, aut in concione grauitas: qui cum haberet consortem cenfuræ Mumium, vt nobilem, ita eneruis vitæ, pro Rostris dixit: se ex maieftate Reipublicæ omnia gesturum, si sibi ciues vel de dissent collegam, vel non dedissent.

7 ¶ **E T** de Pompilio Legato eleganter, in hæc verba. Cn. verò Pompilius à Senatu legatus ad Antiochum missus, vt bello se, quo Ptolemæum laceffebat, abstineret: cum ad eum venisset, atq; is prompto animo, & amicissimo vultu dextram ei porrexisset, inuicem ei suam porrigere noluit, sed tabellas Senatusconsultum continentes tradidit: quas vt legit Antiochus, dixit se cum amicis collocaturum. In dignatus Pompilius, quòd aliquam moram interposuisset: virga solum, quo insistebat, denotauit: &, Prius quam hoc circu-

lo excedas, da respõsum, quod Senatui referam. Non legatum locutum, sed ipsam curiam, ante oculos positam crederes: continuo enim Rex affirmavit fore, ne amplius de se Ptolemæus quereretur. Ac tum demum Pompeius manum eius tanquam socij apprehendit. Quam efficax est animi, sermonisq; abscessa grauitas? eodem momento Syriæ regnum terruit, Aegypti tenuit.

8 ¶ **N E C** pretereundum est, quod de populi cuiusdam Cinaniensis Lusitani grauitate, idè Valerius inquit contigisse in Hispania, aduersus Decium Brutum. Nam cum se ei tota penè Lusitania dedisset, ac sola gentis huius vrbs Cinania pertinaciter arma retineret: tentata redemptione, pro pemodum vno ore legatis Bruti respondit: ferrum sibi à maioribus, quo urbem tuerentur, non aurum, quo libertatem ab Imperatore auaro emerent, relictum. Quod commendans Valerius, ait: Melius sine dubio homines nostri sanguinis hæc dixissent, quam audissent. Sed illos quidem natura in huius grauitatis vestigia deduxit.

9 ¶ **S O C R A T E S** autem Græcæ doctrinæ clarissimum columen, cum Athenis causam

causam diceret, defensionemq; ei Lyfias à se compositam, qua in iudicio vteretur, recitasset, demissam, & supplicem, imminentiq; procellæ accommodatam: Aufer, inquit, quæso ista: nam ego si adduci possem, vt eam in vltima Scythiæ solitudine perorare, tum me ipsum morte multandū concederem. Spiritum contempsit, ne careret grauitate: maluitq; Socrates extinguī, quam Lyfias superesse.

10 ¶ **Q V A N T V S** hic in sapientia, tantus in armis Alexander grauem vocē nobiliter edidit. Dario enim vno iam & altero prælio virtutem eius experto, atq; ideo partem Regni Tauri tenuis monte, & filiam in matrimonium cum decies centum millibus talentorum pollicente, cum Parmenion dixisset, se, si Alexander esset, vsurum ea conditione, respondit, Et ego vterer, si Parmenion essem. Vocem duabus victorijs respõdentem, dignamq; cui tertia, sicut euenit, tribueretur. cum alijs, de quibus per Valerium vbi supra.

11 ¶ **E T** graues dicuntur senes, vel graues moribus, non leues. vt per Innocen. in. c. licet ex quadā. extra. de testi. & Iudices moueri debēt magis ex grauitate per

sonæ, quam ex dictis leuioribus. c. cum in tua. extra. de sponsal. & Apostolus ad Titum. 2. In omnibus te præbe exēplum omnium bonorum operum in doctrina, in integritate, in grauitate. Verbū sanum irreprehensibile, vt is qui ex aduerso est, nil habeat malum dicere de nobis. Et de grauitate & authoritate, cū modestia à Iudicibus seruanda, est tex. ille elegātissimus in. l. obseruandū. ff. de offi. Præsidis.

12 ¶ **Q V I B V S** omnibus & illud cõsentaneū est, quod amicis iniusta petentibus, non solū petitionem iniustam denegadam, verum etiā grauitate verborum obiurgandam, scribit Panor. in. c. repellantur. de accusatio. 3. notabili. referēs Valeriū: nec vbi illud asserat, Panor. ait: ideoq; vltra cum videndus est Valerius, li. 6. c. 4. in hæc verba. Publij autē Rutilij verba prius, an facta existimem, nescio: nam vtrisq; equè admirabile inest robur. Cum amici cuiusdā iniustæ rogationi resisteret: atq; is per summam indignationem dixisset: Quid ergo, inquit, mihi opus est amicitia tua, si quod rogo, nõ facis? respõdit: Imò quid mihi tua, si propter te aliquid in honestè facturum sum? Huic voci consentanea illa opera, quòd

magis ordinum diffenfione, quam vlla culpa fua reus factus, nec obfoletam veftem induit, nec infignia Senatoris depofuit, nec fupplikes ad genua Iudicum manus tetendit, nec dixit quicquam splendore prae ritorum annorum humilius, effecitque, vt periculum huic non impedimentum grauitatis eius effet, fed experimentum: atque etiam cum ei reditu in patriam Syllana victoria praefaret: in exilio, ne quid contra leges faceret, remansit: quapropter felicitatis cognomen iuftius quis moribus grauiffimi viri, quam impotētis armis assignauerit. Quod quidem Sylla rapuit, Rutilius meruit. Hæc ille.

Magnanimum.

S V M M A R I V M.

- 1 **M**AGNANIMUM esse Principem oportet. Magnanimitas est omnium virtutum ornatus.
- 2 Magnanimitas verfatur circa magnos honores.
- 3 Ex magnitudine ædificiorum, præsumitur quis magnanimus.
- 4 Attentare magna pericula, non est magnanimitas, fed temeritas. Magnanimitati contraria est pusillanimitas.
- 5 Traduntur differentia inter magnanimitatem & magnificentiam.
- 6 Sicut magnanimitas, fic etiam magni-

7 ficentia in Principe est exquirenda. Magnificencia vera in Rege circa duodecim officia præcipue verfatur: tria in pace, & reliqua in bello.

1 **M**AGNANIMUM etiã Principē esse oportere ait. Ad quod facit tex. in. c. grandi. in verb. magnanimitate. de fupplenda neglig. prælato. li. 6. & in. l. vna. ibi. Imperatoriæ magnanimitatis. C. de thesau. li. 10. Est enim Magnanimitas, ornatus omnium virtutum, fecūdum Philofophum. 4. Ethico. cap. 3.

2 **¶** **E**T est magnanimitas circa magnos honores, fecūdum Philofoph. eo. c. 3. Ethico. 4. Tradit Seneca de quatuor virtutibus, dum agit de magnanimitate. Et inter alia, magnanimitas præsumitur ex magnitudine ædificiorum. Barto. in. l. in his. per illū tex. in fine. ibi. per industriã hominis animosi accessit. C. de præd. & omnibus reb. nauicular. li. 11. quem fequitur ibi Ioan. de Platea. 6. notabili. dicens, Magna ædificia fieri cū magna difficultate, & magno sumptu. & ex magnitudine ædificiorū, præsumi & iudicari quē magnanimū. Idem Martinus de Laude, in tract. de Princip. verf. 334. ex magnitudine ædificiorum setus

setus in tracta. de potest. & excellen. Regia. q. 2. col. 2.

4 **¶** **A**T T E N T A R E autem magna pericula, non est magnanimitas, fed temeritas. iuxta doctrinam Senecæ in eo. li. de quatuor virtutibus, in hæc verba. Eris magnanimus, si pericula non appetas, vt temerarius: nec formides vt timidus: nam timidum nil facit animum, nisi reprehensibilis vitæ conscientia. vt ibi per eum. Et dicitur magnanimus, quod magni animi, magna virtutis est. Et inde magnanimitas. & omnia summè conueniunt Principi. vt per Lucam de Pen. in ea. l. vna. C. de thesau. & huic est contrarius pusillanimitas. De qua pusillanimitate, beatus Thomas, Secūda Secun. q. 133. articulo. 2. Est autem differentia inter magnanimitatem, & magnificentiam: nam primum, circa honores: secundum, circa expensas verfatur. vt dicit Philofoph. 4. Ethico. vel fecūdum Catholicon, Magnificencia est, rebus præclaris dans consummationem: magnanimitas vero est, spontanea rerum difficultium aggressio. Et ita hæc differunt: Magnanimitas enim in aggressione: magnificentia in consummatione consistit. vnde Esdræ. c. 8. Nonne magnificus

est qui facit hæc. vt per Lucam de Pen. in ea. l. vna. Beatum Thomam Secūda Secun. q. 129. articulo. 1. & q. 134. articulo. 3. Et sicut magnanimitas, fic etiam magnificentia in Principe est exquirenda, iuxta illud Psalm. 28. Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia. Facit namque Principem admirabilem: & est operis virtus in magnitudine. vt dicitur. 4. Ethico.

7 **¶** **H**ÆC autem vera in Rege magnificentia, circa duodecim præcipue verfatur. Officia tria in pace: & reliqua nouem in bello. qualitate & eleganter profequitur Lucas de Pen. in. l. 1. C. de veteran. li. 12. in verb. magnificentia.

Largum, Beneficum, Liberalem.

S V M M A R I V M.

- 1 **P**RINCIPEM largum, beneficium, & liberalem esse debere. Largitatem virtutem esse ex eo colligitur, quod inter prodigalitatē & auaritiā medium tenet.
- 2 Liberalitas est animi voluntas, ab auaritia & ab alijs vitijs libera.
- 3 Liberalitatis due sunt probabiles fontes: verum iudicium, & honesta benevolentia,
- 4 Nihil est nature hominis accommodatius, quam

- quàm liberalitas.
 Qui alijs nocent, vt in alios liberales existant: non liberales, sed perniciosi iudicandi sunt.
 Traduntur requisita, quæ in homine liberali concurrere debent.
- 7 Præclari facti decus, crebra memoria in seipso virescit.
 Multum occupare, habere inuidiam potest: multum tamen tribuere, gloria carere non potest.
- 8 Liberalitatis virtutem Regibus admodum conuenire, multorum illustrium virorum testimonio, qui ob eam immortale nomen compararunt, demonstratur nũ. 6. 7. & 8.
- 9 Principi maximè conuenit esse beneficium.
 Hinc dicitur beneficia Principum latissime esse interpretanda. Et ibi traditur qualiter hoc sit intelligendum.
- 11 Auaritia præsertim in Regibus detestanda est. vt in 1. Partit. traditur.
 Curandum est Regi, semota auaritia, de suis redditibus thesaurũ colligere, quo se iuuare possit, inopinatioq; casui facile succurrere.
- 12 Cupiditas aliquando est bona, & in bonam partem accipitur.
- 13 Moderata cupiditas gloria, honoris, vel fame, laudabilis est.
- 16 Humilitas virtus est demissionis animi. Humilitas nos retrahit, ne præter rationem ad magnos honores aspiremus: nõ autem vt nullatenus eos cupiamus.
 Homines naturaliter bona vtilia cupiunt.
- 17 Moderatus pecuniæ amor non est peccatum.
 Licitum est desiderare plura quàm alicuius statum deceant, vt sibi, suisq; arti mechanicæ incumbendum non sit.
- 21 Meritum & non peccatum censendum est, moderata bonorum cupiditas acquisitio & retentio.
- 22 Melius est seruire virginitatem, quàm accipere coniugem.
 Matrimonium vnum est ex septem Sacramentis.
- 23 Religiosi qui seculo renuntiarunt, licite possunt appetere & petere honores virtuti debitos, de quibus ibi.
- 24 Non est auaritia, sed potius virtuti & prouidentia Principis imputandum, si thesaurum ex suis redditibus congregat, vt Regni defensionem, & necessitatibus subueniat.
- 26 Militares expensæ sustineri, & hostium incurSIONIBUS resisti non potest sine penuria.
- 27 Nullum avaritia tetrius vitium, præsertim in Principibus.
 Rempublicam quæstui habere, non modo turpe est, sed sceleratum, & nefarium.
- 28 Auaritia latentium indagatrix lucrorum est, & manifesta prædæ auarissima vorago.
- 29 Auarus non possidet diuitias, sed à diuitijs possessus est.
- 30 Auaritia insatiabilis, immensa & incredibilia potest.
 Auaritia ita hominum mentes obstrictas tenet, vt eas nullo tempore respirare permittat.
- 31 Auaritia in senibus maximè vituperanda est.
 Absurdum est, quò minus via restat, eò plus viatici querere.
- 32 Deus non solum voluit Iudices non esse auaros: verum etiam tales, vt avaritiam odio haberent.
 Iudices, quos sceleribus se maculasse cõfiterit, inter pessimos & plebeios habeantur.
 Eorum iniustitia nulla est capitalior, qui cum maximè fallunt, id agunt vt boni viri esse videantur.
- 33 Auaritia mater est omnium malorum, maximè quando Iudicum animo inhaeret.
- 34 Tanto grauius eos punire oportet, quanto magis ad eos pertinet, & virtute vincere, & exemplo regere.
- 35 Traditur ratio ob quam Deus incarnari, & sic hominem redimere voluit, non autem demonem.
- 37 Allegatur textus elegantissimus Beati Gregorij, vbi comparat auarum insanum: & longa oratione comparationem prosequitur.
 Auarus semper eget. vnde illud, Aeris seruus eris si te spes trahit aris.
 Immo-

38 Immoderata cupiditas nonnunquam idolorum seruitus dicitur, quod intellige, vt ibi declaratur.



1 **A**RGITAS est virtus: tenet enim medium inter prodigalitatem, & avaritiam. iuxta glo. illam elegantem in. c. ex parte. in verb. prodigalitatibus. & ibi Doctores comuniter, de consuetudine. Inquit enim: Prodigus est, animi vitio retinenda profundens: qui retinet cupidè quod res deponit, avarus: largus, qui sumptum facit ex ratione libenter. Et quid sit liberalitas, est glo. elegans in. c. relatum. de præbendis. in verb. liberaliter. Textus; glo. Ant. Panor. & communiter docentes in. c. n. de donatio. glo. in. l. n. in verb. liberalitatem. inquit. id est, animi voluntatem, ab avaritia, & alijs vitijs liberam. ff. de donatio. tit. generali. Et diffinitione liberalitatis ponit etiam elegans. l. Regia. 18. tit. 5. 2. Parti.

3 **E**T inquit Valerius Maximus. li. 4. c. 8. in prin. liberalitatis. Duo sunt maximè probabiles fontes, verum iudiciũ, & honesta beneuolentia: nõ cum ab his oritur, tũ demũ eius ratio constat: dono autè ipsi gratiã & magnitudo sua, sed efficaciorè

aliquatò opportunitas conciliat.

4 **E**T pulchre Cicero. 1. Officiorum. Liberalitate nihil est nature hominis accommodatius: sed habet multas cautiones. Videndum est enim primum, ne obsit Benignitas, & ijs ipsis, quibus videbitur benigne fieri, & cæteris. Nam qui alijs nocent, vt in alios liberales sint: non benefici, neque liberales, sed perniciosi iudicandi sunt. Deinde, ne maior sit benignitas, quàm facultas: nam qui benigniores esse volunt, quàm res patitur, primum in eo peccant, quod iniuriosi sunt in proximos. Videre etiam licet plerisque non tam natura liberales, quàm quadã gloria inductos, vt benefici videantur facere multa: quæ videntur magis proficisci ab ostentatione, quàm a voluntate. Tum illud vnũ considerandum est, vt pro dignitate cuiusque tribuatur, in quo mores erunt spectandi eius, in quem beneficiũ conferetur. Hæc ille. Et propensior liberalitas debet esse in calamitosos, nisi fortè erunt digni calamitate. Pulcher tex. in. l. bonafides. ff. deposit. Bene facta enim, vt ait Ennius, male locata, male facta sunt. idè Cicero. 2. Offi. Et virtus liberalitatis, signanter Regi conuenit.

O 4 dicta

dicta. l. Regia. 18. tit. 5. 2. Parti. vbi textus elegans. Et de Tito Veſpaſiano Imperatore legimus, teſte Sexto Aurelio in eius vita: Hic, vbi prouinciæ curam ſuſcepit, incredibile eſt, quantum quos imitabatur, anteierit, præcipue clementia, liberalitate, honorificètia, ac pecuniæ contemptu. Quadam etiam die recordans veſperi nihil ſe cuiquam præſtitiffe, venerado celeſtiq; dicto: Amici, ait, perdidimus diem: quia erat magnificæ liberalitatis. vt ibi per eum. Idem Ioan. Baptiſ. Egnatius Venetus, & latius Suetonius, in hæc verba. Natura autem beneuolentiſſimus, cum ex inſtituto Tiberij omnes de hinc Cæſares beneficia à ſuperioribus conſeſa Principibus, aliter rata nõ habuerint, quam ſi eadem iſdem & ipſi dediffent, primus præterita omnia vno confirmauit edicto: nec à ſe peti paſſus eſt. In cæteris verò deſiderijs hominum obſtinatiſſimè tenuit, ne quæ ſine ſpe dimitteret, quin & admonentibus domeſticis, quaſi plura polliceretur, quam præſtare poſſet: Non oportere, ait, quemquam à ſermone principis tristem diſcedere. Atq; etiam recordatus quõdam ſuper cœnam, quod nihil cuiquam toto die præſtitiffet, memorabilem

illam meritoq; laudandam vocem edidit: Amici, diem perdidit. Hæc ille.

7 ¶ **N E C** omittendum cenſui, quod de ſumma Populi Romani liberalitate tradit Valerius Maximus ibidem, ſcilicet in hæc verba. li. 4. c. 8. Queri iam dudum mecum Popu. Roma. videtur, quod cum ſingulorũ munificentiam conſequer, de ſua taçeam: ad ſummã enim eius laudem pertinet, quem animũ Regibus, & vrbibus, & gentibus præſtiterit, recognoſci: quia omnne præclari facti decus, crebra memoria in ſeipſo vireſcit. Aſiã bello captam Attalo Regi muneris loco poſſidendam tribuit: eò excelfius, & ſpecioſius vrbis noſtræ futurum Imperium credens, ſi ditiffimam, atq; amoeniffimam partem terrarum orbis, in beneficio, quam in fructu ſuo reponere maluiffet. Ipſa victoria donum feliciter: quia multum occupaffe, habere inuidiã potuit: tantum tribuiſſe, gloria carere non potuit.

8 ¶ **E T** quod de Agrigentino Gallia inquit idẽ Valerius, quẽ propemodum ipſius liberalitatis præcordia conſtat habuiſſe: erat enim opibus excellens, ſed multo etiam animo, quam diuitijs

uitijs locupletior: ſemperq; in eroganda potius, quam in contrahenda pecunia occupatus: adeo vt domus eius quaſi quædam munificentia officina crederetur: illinc enim publicis vſibus apta monimenta extruebantur: illinc grata populi oculis ſpectacula edebantur: illinc eſtularum magnifici apparatus, libetiq; animo annonæ ſubſidia tribuebantur: & cum hæc vniuerſis, priuatim alimeta inopia laborantibus, dotes virginibus, paupertate preſſis, ſubſidia, de trimentorum incurſu quaſſatis, ſolatia erogabantur: hospites quoq; tũ vrbaniſ penatibus, tũ etiam ruſticis teſtis, benigniffimè excepti, varijs muneribus ornati dimittebantur. Quõdam verò tempore quingentos ſimul Gelenſium equites vi tempeſtatis in poſſeſſiones ſuas compulſos, aluit, ac veſtuit. Quid multa? non mortalem aliquem, ſed propitia fortunæ benignum eſſe diceres ſinum. Ergo quod Gillias poſſidebat, omnium quaſi commune patrimonium erat: pro cuius ſalute, & incrementis, tum Agrigentina ciuitas, tum etiam vicina regiones votis excubabant. Collocata eſt contraria parte arcas inexorabilibus clauſtris obſeratas, nonne præſtantiorem aliquantò exiſtumes il-

lam impenſam, quam hanc cuſtodiam?

9 ¶ **C O N V E N I T** etiã Principi eſſe beneficium: inde dicimus beneficia Principum latiſſimè interpretanda. l. ſi. ff. de conſti. princip. quod intelligendum eſt in præiudicium concedentis, non in præiudicium tertij. in l. nec auus. & ibi pulchre Bald. C. de mancipa. liberorum. l. cum filius. ff. de militar. teſtamen. l. impuberi. ff. de adminiſtratione tutor. & inquit Innocen. in c. cum dilecti. de donatio. Præiulia Principum dum tãgunt iura concedentium, latiſſimè interpretanda. Sed quando reſpiciunt damnum, vel præiudicium tertij, debere ſtrictiſſimè interpretari. Facit. l. 2. §. ſi quis a Principe. ff. ne quid in loco publico. textus nota. in. c. ex tuarum. de authori. & vſu pallij: quæ omnia intelliguntur, etiam ſi beneficium ſeu præiuliũ concedatur pupillo, vel minori: quia tunc etiam intelligitur ſine præiudicio tertij. textus eſt in dicta l. impuberi. ff. de adminiſtra. tuto: per quem ita dicit Bar. in. l. idemq; poſt prin. ff. qui potior in pignor. habeatur. & tradit ſignanter Hippoly. ſingulari. 483. beneficia principum.

CUPIDITATEM autem seu auaritiam præfertim in Regibus, reprobatur elegans illa lex Regia. 4. tit. 3. 2. Parti. Semota tamen auaritia, elaborandum est Principi, de suis redditibus bono modo thesaurum aliquem colligere, quo se possit iuare, si factum aliquod magnum ac memorabile aggredi voluerit, vel ut occurrenti & repetino casui ac inopinato facile succurrere possit, ac id facilius aggredi ac consummare seu perficere. pulchra. l. Regia. 4. post medium. tit. 1. 2. Partita.

EX quibus illud primo deducendum est, quod licet cupiditas generaliter sumpta, solum malam seu inordinatam cupiditatem significet. in. c. bonorum. 47. distinctione. & in. c. quia radix. de poeniten. distin. 2. & in ea. l. Regia. 4. tit. 3. 2. Parti. Aliquando tamè bona ac approbata est cupiditas, scilicet, ubi est moderata iuxta illud Apostoli ad Romanos. 15. Cupiditatem habens veniendi ad vos. & illud ad Philip. 1. Testis est mihi Deus, quoniã cupiam vos esse in visceribus IESU CHRISTI cupientes. de electione. li. 6. clemen. cupientes. de poenis.

EX quo illud inferendum est,

omnem ordinatam moderatamq; cupiditatem, siue ea sit gloria, siue honoris, siue laudis, & fame, esse laudabilem: vt late scribit ea nostra natione Nauarrus, vir ille Religione, doctrina profundissima, non modò iuris vtriusq; sed aliarum penè omnium scientiarum, vitæ sanctimonia, virtutumq; splendore, rarus, ac præstantissimus, Martinus ab Azpilcueta, in. c. inter verba. 1. r. q. 3. conclusio. 5. & in. c. ita quorundam. 2. notabili. extra. de Iudeis. nu. 6. vers. quarto infertur. Tū quia magnanimitas, que nos ad honores magnos rationabiliter subeundos, confirmat, & impellit, virtus egregia est. secundum Aristotelem. 4. Ethico. & Sanctum Thomam, Secunda Secunda. q. 129. articulo. 1. tum quia virtus demissionis animi, quam humilitatem appellamus, solum nos retrahit, ne in magnos honores, præter rationem, tendamus: non autem vt nullatenus eas cupiamus, secundum Thomam, Secunda Secunda. q. 161. articulo. 1. tum quia naturaliter homines bona vtilia cupiunt: & ideo moderatus amor pecunie non est peccatum, secundum Thomam, Secunda Secunda. q. 118. articulo. 1. tum quia liberalitas non retrahit nos à querendis & seruandis

his

his, quibus nos, & nostri egemus. c. est probanda. 86. distinctione. Thomas, Secunda Secunda. q. 117. articulo. 1. imò licitum est desiderare, & cupere plura, quam alicuius statum deceant: ad hoc vt se, suosq; à necessitate vtendi arte mechanica eripiat, quò altiorum virtutum operibus incumbat: secundum Thomam de Vio, in dicta. q. 118. articulo. 1. Imò & vt ad altiore statum, & aliorum gubernationem, ad quem natura quem idoneum fecerit, ascendat: vt idem ibi singularissime probat: tum quia licet sit consiliū CHRISTI, distribuere omnia, quæ quis habet, pauperibus. Matthæi. 19. c. non dicatis. 12. q. 1. non tamen præceptum. Et ideo, licet melius sit cæteris paribus rationabiliter omnia, propter Deum, contemnere, & relinquere: non tamen est peccatum aliqua moderatè appetere, quærere, ac retinere: imò meritum, si rationabiliter id fiat: vt vtrumq; probat Thomas, Secunda Secunda. q. 117. articulo. 3. Sicut & melius quidem est, seruare virginitatem, quam accipere coniugem. c. in tegeitas. 32. q. 1. non tamen ideo peccatum est accipere coniugem: imò Matrimonium vnum de se ptem Sacramentis est. iuxta. c.

ad abolendam. de hæreti. in prin. & glo. in. c. veniens. de transac. & omnes. in rubri. de sponsal. tū deniq; quòd etiã Religiosi, qui seculo renunciarunt, licitè possunt appetere & petere honores virtuti debitos, & honores Ecclesiasticos: quales sunt, honor presbiterij, & honor magistrj: secundum vtrumq; Thomam in Secunda Secunda. q. 186. articulo. 7.

THESAURVM itaq; Principi cupere ac desiderare licet: imò id bono modo, ad ea que Regni statum tangunt, colligere: iuxta legem illam Regiam. 4. tit. 1. Parti. 2. non esse auaritiæ imputandum, nec vitio: imò summæ virtuti, prouidentieq; ac prudentie Principis. Ex his que diximus, notissimū est: cum is thesaurus, que Rex colligere iuberet, respectu Regiæ personæ, dignitatisq; quæ tot sumptibus, tam magnis, quotidianisq; prouidentem, quotidie cernimus: is thesaurus modica seu parua res iudicanda sit, ex his que tradit glo. illa elegans in. l. sed etsi suscepit. §. libertis. glo. modica. ff. de iudi. glo. & Angelus in l. illicitas. §. ne tenuis. ff. de officio præsidis. Militares enim expensæ, & hostium incursiones, multa egent diligentia: & non possunt

possunt citra pecunias hæc agi. ait tex. elegans in .§. illud videlicet. versi. oportet quoq; in athen. vt Iudi. sine quo quo suffra. colla. 2. nec illud auaritiæ vitiū, sed egregia virtus est.

27 ¶ **A L I A S** autem : Nullum est vitiū tetrius, quam auaritia: præsertim in Principib9, & Remp. publicam gubernantibus. Habere enim quæstui Remp. publicam, non modò turpe est, sed sceleratum etiã, & nefarium. Cicero. 2. Offi. Cui morbo qui permanat in venas, & inhæret in viscerib9, nec inueteratus euelli potest, auaritia nomen est. Cicero. 4. Tuscul. De qua inquit Valerius. li. 9. c. 4. Auaritia latentium indagatrix lucrorum, manifestæ prædæ auidissima vorago, nec habendi fructu felix, & cupiditate quærendi miserrima. Et illic de Ptolemæo Cypriorum Rege inquit. Ptolemæi autem Regis Cypriorum, auaritia risu prosequenda: nam cum anxijis sordibus magnas opes corripuisset propterq; eas periturū se videret, & ideo omni pecunia imposita nauibus, in altum processisset, vt classe perforata suo arbitrio periret, & vt hostes præda carerent, non sustinuit mergere aurum, & argentum: sed futurum suæ necis præmium do-

ptum erat, ab homine quodam
eis ignito, facinoris tamē alieni
munus non repudiauerunt, quā
quam euidens fraus esset: cum
tamen vterque pecuniæ cupidi-
tate teneretur: luminaque curi-
riæ, ornamenta fori, quod sce-
lus vindicare debebant: inhone-
sti lucri captura inuitati: autho-
ritatibus suis texerūt. vt per Va-
lerium, eod. li. 9. c. 4. Ac summè
semper ponderare soleo, quod
legitur Exodi. 18. c. Prouide au-
tem de omni plebe viros sapien-
tes. & c. ibi. & qui oderint auari-
tiam. Non enim id solū voluit
Deus omnipotens, scilicet, Iudi-
ces nō esse auaros: verū etiam
tales, vt auaritiã odio haberent.
Iudices enim qui se furtis & sce-
leribus fuerint maculasse conui-
cti: ablati codicillorum insigni-
bus, & honore exuti, inter pessimo-
s quosq; & plebeios habeantur:
nec sibi posthac de eo honore
blandiantur, quo se indignos iudica-
uerunt. l. Iudices. vbi casus
elegans: & illic fufius Lucas de Pen. C. de dignita. li. 12. Plus enim cæteris excedunt Iudices, cum legis quodammodo vigore id facere videantur: totius enim iniustitiæ nulla capitalior est, quã eorum qui cum maximè fallunt, id agunt vt boni viri esse videantur. vt inquit Cicero. 1. de Offi.

30 ¶ **M A G N O** enim malo est hominib9 auaritia: idcirco quod homines magnis multisq; incōmodis conflictantur, propter immensam pecuniæ cupiditatē. Cicero. 2. ad Herennium.

¶ **E T** auaritia insatiabilis, im-
mensa & incredibilia potest: ita enim hominum mentes obstri-
ctas tenet, vt eas nullo tempore respirare permittat: vt per eundem Cicero. in Vatinium.

31 ¶ **Q V A E** maximè in senibus reprobanda est. Auaritia enim senilis vituperanda est maximè. Potest enim quicquàm esse absurdus, quàm quò minus viæ restat, eò plus viatici quærere? Cicero. Cato Maior, aliàs de Senectute.

32 ¶ **Q V A M** maximè abhorre-
re debent Iudices, quorum est munus eius causa perpetrata punire: authore Valerio Maximo contra Marcum Crassum & Q. Hortensium inuehente: quorū vterq; ex testamēto falso in quo hæreditatem eis relictam scri-
ptum

33 ¶ **E T** est enim id sacrorum elo-
quiorum mirabile & verū: quod
Auaritia omnium sit mater ma-
lorum: maximè quando non pri-
uatorum: sed Iudicum, inhæret
animabus. Quis enim sine peri-
culo nō furetur? Quis non latro-
cinabitur, sine reatu administra-
torem respiciens? vt hæc & alia
latius tradit Iustinianus, in §. 1.
versi. administratores namque.
in. authen. vt Iudi. sine quo quo
suffragio. col. 2. Qui enim maio-
ris sapientiæ, consilijq; existit,
honores cōsecutus est, & cogno-
scit criminum qualitates: maio-
ri poena dignus est. C. viduas. 1.
§. si virgines. 27. q. 1. cum tan-
tò grauius eos puniri oportue-
rit, quantò magis ad eos perti-
net, & virtute vincere, & exem-
plo regere. ex ratione tex. in. c.
indignantur mariti. 32. q. 6.

35 ¶ **H I N C** est quòd Deus incar-
nari, & per hoc redimere voluit
hominem, qui minor & igno-
bilis creatus, non tã grauius pec-
cauit: non diabolus, qui nobi-
lissimus & immortalis creatus,
ex Angelica natura grauius ex-
cessit ipse quàm homo. vt ele-
ganter notat Archidia. de pœ-
niten. distinct. 1. c. voluissent.
§. deniq; in glo. quia irreme-
diabile. aliàs in glo. non reuoca-
36 batur. Sic & Iulium Cæsare gra-
uius,

uius, indigniusq; excessisse, qui cum omnes superiores, quibus honore par esset, facile vicisset, eius tempore vsurpationeq; dominij, vt honores, vt omnes dignitatis gradus: sic etiam scientiæ iuris ciuilibis splendor deletus fuit. Tullius. 2. de Officijs. Lucas de Pen. in. l. 1. col. 12. C. de desertori. l. 1. 12.

37 ¶ **N E C** in ea re postremo silebitur textus elegantissimus beati Gregorij, in. c. sicut hi. 47. distin. cuius verba sunt. Sicut hi qui per insaniam mente translati sunt, nō iam res ipsas, sed fantasias passionis suæ vident: ita etiam mens auari semel vinculis cupiditatis astricta, semper aurum, semper argentum videt, semper redditus computat, gratius intuetur aurū quā Solem: ipsa ei oratio & supplicatio ad Deum aurū quærit. Et post pauca: Interdum etiam vsuræ arte nequissima ex ipso auro aurum nascitur: sed nec satietas vnquā nec finis aderit cupiditati. Et infra: Sed ait aliquis: quid iniustum est, si, cum aliena non inuadam, propria diligentius seruo? O impudens, dic tu: quid propria dicis? quæ ex quibus reconditis in hunc mūdum detulisti? Quando ingressus es in hanc lucem, quando de matris ventre

existi? Et post pauca: Proprium nemo dicat quod est commune: quod plusquā sufficeret sumptui, etiam violenter obtentum est. Et infra: Nunquid iniquus est Deus, vt nobis non æqualiter distribuatur vitæ subsidia? vt tu quidem esses affluens & abundans: alijs verò deesset, & egerent? An idcirco magis, quia & tibi voluit benignitatis suæ experimēta conferre, & alium per virtutem patientiæ coronare? Tu verò susceptis Dei muneribus, & in sinum tuum redactis, nihil te reputas agere iniquum, si tamen multorum vitæ subsidia solus obtineas? Quis enim tam iniustus, tam auarus, quā qui tam multorū alimēta non suum vsu, sed abundantiam & delicias facit? Neq; enim minus est criminis habenti tollere, quā cum possis & abundans sis, indigentibus denegare, esurientium panis est quem tu detines: nudorum indumētum est quod tu recludis: & miserorū redemptio est, & absolutio pecunia quam tu in terra defodis. Tantorum te ergo inuadere icias bona, quātis possis præstare quod velis. Totus enim mundus auarorum obolus videtur. c. quid dicam. 14. q. 4. Vnde illud. Auarus semper eget: & illud. Aeris seruus eris si te spes trahit æris. Vnde

Vnde in Tobia.

De sit avaritia. fex, cui sua deesse suspescit. Copia nuda, sitis ebria, plena fames. Diues habere cupit, quanto plus omnia sumit.

vt per glo. celebre, in eo. c. sicut hi.

38 ¶ **A T**q; hæc immoderata inordinataq; cupiditas nonnunquam idolorum seruitus dicitur. c. avaritia. de præben. Non eo quod idolatria sit, sed quod sicut illa subiicit, quem creaturæ ad eam pro Deo colendam: ita hæc subiicit creaturæ, ad eam concupiscendam. Nonnunquam caca. c. avaritia. de electione. li. 6. eo quod iudicium obtenebrat: Alias dicitur sæua. c. ita quorundam. extra. de Iudæ. hoc est fera & bestialis: & ita peior quā crudelis, secundum mentē Thomæ, Secunda Secun. q. 139. arti. 2. Nam crudelis, vt ille ibidem, & articulo præcedenti ait, est qui excedit puniēdo culpam ratione culpæ: sæuus autem qui sine culpæ respectu, ob vtilitatem vel delectationem suam cruciat. Et Christianus, qui Saracenos, ob suam priuatam vtilitatem, iuuat cōtra suum caput, quod **CHRISTVS** est, & contra eiusdē membra, è quibus etiam ipse vnum est. 1. ad Corinth. 12. & c. singula. 89. distin. sine villo culpæ respectu, ob vtilita-

tem vel delectationem suā, tendit ad cruciandum: ideo merito sæuus, ferus, & bestialis est. vt in eo. c. ita quorundam.

Manfuetum:

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

1 **D E C E T** etiam Principem manfuetum esse.

2 Manfuetudinis virtus pars temperantiæ est.

3 Manfuetudo à clemētia hoc differt, quod hæc est animi lenitas à superiore in inferiora: illa autē à quolibet in quam libet.

Proprium est manfuetudinis, nulli iniuriam introgare.

4 Manfuetudo in Principe clemētia est dicenda: qui in eodem negotio rigorem seruat, & manfuetudinem ostendit.

Manfuetudo nulla passione turbatur, & specialiter ira & fauore non rumpitur.

5 Qui veram habet manfuetudinem, consequetur beatitudinem, Domini voce præmissam.

Præceptorem manfuetum esse debere, & eruditum, non crudelem, satis ex Diuo Hieronymo docemur.

6 Quæ bonā manfuetudo in se contineat, multis demonstratur testimonijs.

7 Manfuetudinem Iudices & rectores præ se ferre debere, legibus etiam Regijs docemur.

8 Iudices cum delinquentibus terribiles esse debent, cum alijs autē mites & manfueti: vbi traditur noua cōcordia duorum Iurium, quæ contrarias sententias sentire videtur.

9 Iudex non ita patiens esse debet, vt contemptibilis videatur.

10 In Iudicibus regat rigor disciplinæ manfuetudinem: & manfuetudo ornet sermone vigorem.

Nec rigor rigidus, nec manfuetudo debet

bet esse dissoluta.

11 **M**ansuetudo ex humanitate descendit: quam humanitatem Principes præ se ferre debent.



RINCIPE M

igitur etiam mansuetum esse decet. l. hac nostræ mansuetudinis æternæ. l. Sacerdos. C. de præposi. sacri cubicul. li. 1. 2. l. hi qui fisco nostræ mansuetudinis. C. de conuenien. fisci debitori. li. 10. l. si. ibi. mansuetudinis nostræ gratia. Sociandam. C. de offi. comitis sacri Palatii. & in tit. de pace Constantiæ. ibi. Imperialis clementiæ mansuetæ severitas. in v. si. feudor. & illic pulchre Baldus inquit: Principem clementem & mansuetum esse debere. Allegat ad hoc solum. l. si. C. de offi. comit. sacri Pala.

2 **I**N quo tamen aduertendum est, hanc mansuetudinis virtutem esse partem temperantiæ: & est quodammodo generalior: quàm clementia. Illa enim est animi lenitas, à superiore ad inferiorem, vt satis colligitur ex l. 1. ibi. iuxta consuetudinem priscam clementiæ meæ. & in. l. 2. ibi. placuit nunc clementiæ meæ. C. de offi. quæstor. & dicam latius infra in præceptis Philosophi. ibi. ad clementiam pronus:

Mansuetudo autem est animi lenitas, à quolibet ad quemlibet, contra iram odiosam non moderatâ ratione: & est propriè Mansuetudo, nulli iniuriam irrogare: vel Mansuetudo in Principe clementia est dicenda: qui in vno eodèq; negotio rigorem seruat, & mansuetudinem ostendit. c. à nobis. §. vt autem. extra. de senten. excommun. vt tradit Lucas de Pen. in. l. hi qui fisco. C. de conueni. fisci debitor. Et est Mansuetudo quæ nulla passione turbatur, & specialiter ira & furore non rumpitur: quam qui habuerit, beatitudinem consequitur Domini voce promissam, vt terram possideat, id est, dominetur corpori suo. vt ait Hieronymus li. 2. super epistola ad Ephes. 7. Vnde dicitur Ecclesiasti. 3. c. Fili in mansuetudine opera tua perfice, & super hominum gloriam diligere. Facilitate quidem nihil est homini melius, atq; clementia, dicit Terentius in Adelphis. Vnde Hieronymus super epistola ad Titum: Re vera nil foedius præceptore furioso, qui cum debeat esse mansuetus & eruditus, e contra toruo vultu, tremantibus labijs, rugata fronte, effrenatis supercilijs, facie interpallorem, ruboremq; variata, clamore perstrepat, & errantes non tam à bono retrahit, quàm ad

ad malum sæuitia sua præcipitat. Hæc ille.

5 **H**ÆC igitur mansuetudo multa bona in se continet: Primum, quia placet Deo. Ecclesiasti. 1. c. Sapientia & disciplina timor Domini: & quod bene placitum est illi, fides, & mansuetudo. Secundo, quia mansuetus à Deo in curam suscipitur. vt Psal. 146. Suscipiens mansuetos Dominus. Tertio, quia mansuetis dat gratiam. Prouerb. 3. Ipse deludet illusores, & mansuetis dabit gratiam. Quarto, quia præparat ad intelligentiam verbi Dei. Ecclesiasti. c. 5. Esto mansuetus ad audiendum verbum Dei: vt intelligas, & cum sapientia proferas responsum verum. iuxta illud Psal. 24. Diriget mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas. Pulcher tex. in. c. vos autem. ibi. sed miti corde obtemperetis Deo, cum mansuetudine portans eum, qui nos regit, qui dirigit mites in iudicio, qui docet mansuetos vias suas. 16. q. 1. Quinto, quia mansueti impetrant per orationem. Iudich. 9. c. Humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. Sexto, quia in fine mites & mansueti habebunt æternam hæreditatem. Matthæi. 5. Beati mites: quoniã ipsi possidebunt

terram.

6 **Q**UAM mansuetudinem boni rectores & Iudices præ se ferre debent. c. recedite. ibi. Boni enim rectores, ex sua infirmitate, aliorum infirmitates pensantes, magis per humilitatem & mansuetudinis leuamentum student peccantes ab erroris laqueo eruere, quàm per austeritatem in foueam perditionis nutantes propellere. 45. distin. quod & l. Regia. 3. tit. 4. Parti. 3. cautum est. ibi. E que sean mãfos è de buena palabra, à los que vinierẽ ante ellos à juyzio. & l. Regia. 18. tit. 9. Parti. 2. ibi. Otrofi deuẽ ser sofridos, para no se quejar, ni se enañar cõ las vozes de los querellosos: de manera que no ayan à dezir de palabra, ni à fazer de fecho, cosa contra ellos, que les estẽ mal.

7 **Q**UOD sanè intelligendum est, nisi cum delinquentibus: quibus terribiles esse debent: circa alios autem, mites & mansuetissimi. vt est tex. singularis & literis aureis scribendus, in. §. de inde competens. versi. talem verò. in authen. de mãdat. princip. cuius verba sunt: Talẽ verò præbebis temetipsum omnibus, & publicè, & priuatim: vt terribilisquidẽ sis delinquentibus, & inde

P uotis

uotis circa fiscalia: mansuetiffimus autē & mitis omnibus placidis & deuotis, & paternā eis exhibens prouidentiam. colla. 3. quē solitus sum semper allegare ad declarationem. l. illius elegantiffimæ, obseruandum. ibi. fed & in cognoscendo, neq; excandescere aduersus eos, quos malos putat, oportet. ff. de offi. præsi. Illa enim eam intelligentiā recipit: vbi Iudex putat quē esse malum seu criminofum, sed ei non constat. vt ex verbis. l. illius obseruandum, satis constat. Vbi verò eum delinquentem Iudici constaret: Iudicem delinquenti terribilem esse oportet. & ita declarāda vltra omnes arbitror iura superius annotata, ac iura Regia.

8 ¶ QVOD maximè intelligendum est, contra delinquentes famosos, iuxta. l. capitalium. §. famosos. ff. de pœnis. Sacrilegos, iuxta. l. sacrilegij pœnam. ff. ad legem Iuliam pecul. Veneficos. l. i. C. de male. & mathema. vel eos quos damnatos statim puniri publicè interest: vt sunt, insignes latrones, vel seditionum concitatores, vel duces factionum, iuxta. l. constitutiones. ff. de appella. & relatio. & alios id genus: de quibus etiam in ea. l. Regia. 36. tit. 23. 3. Parti. Con-

temptibilis enim Iudex reddetur, si his & similibus mitē mansuetūq; se præberet: contra eandem. l. obseruandum. ff. de offi. præsi. Non enim Iudicem tantū pati debere, vt nefanda dissimulet, ne contemptibilis videatur, est pulcher casus in. l. nec quicquā. §. vbi decretum. versic. circa aduocatos. ff. de offi. proconf. & lega. per quē etiam Bal. illic eleganter tradit, eum ingenio & animi grauitate oportere Iudicē esse patientem. Non enim, inquit, ipse Iudex tantū pati debet, vt cōtemptibilis videatur, vel se contemptibilem reddat, aut nefanda dissimulet, vt dictum est. Ad quæ videnda lex Regia. 8. tit. 4. 3. Parti.

10 ¶ IN delictorum autem coërtitione, animaduersioneq; Iudices non ita mansuetos esse oportet: vt perdant districti iura regiminis: vnde cunctis rectoribus vtraque summoperè sunt tenenda: vt nec in disciplinæ vigore benignitatem mansuetudinis, nec rursus in mansuetudine districtiōnem deserāt disciplinæ: quatenus nec à compassione pietatis obdurescant, cum contumacem corrigunt: nec disciplinæ vigorem moliant, cum infirmorum animos consolantur. Regat ergo vigor discipline man-

mansuetudinem, & mansuetudo ornet sermone vigorem: & sic alterum commendetur ex altero, vt nec vigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta. Hæc autem mansuetudo ex humanitate descendit. Bal. in tit. de pace Constan. in prin. Quam humanitatem Principes præ se ferre debent. l. humanitatis intuitu. C. de impuber. & in authen. de resti. fidei com. in prin. Nihil enim est tam peculiare Maieftati Principis, quàm humanitas. l. si. in fine. C. de dona. inter vir. & vxor. l. si. C. de testamen. c. sunt namque. 45. distinct.

¶ CAETERVM vt ad reliqua, vltra Ciceronem, Philosophi elegantia dogmata perueniamus: Primò inquit oportere

Cunctis esse benignum.

S V M M A R I V M.

- 1 B E N I G N V S est ad benefaciendum expositus.
- 2 Aures Principis decet esse benignas.
- 3 Sicut asperitas in Principe nimia esse non debet, ne subditi exulcerentur: ita nimia benignitas eum non decet, ne dissoluantur.
- 4 Principem decet benigno aspectu tam

personas quàm causas, & negotia, eorumq; decisiones tractare.
In re dubia benigniorem interpretationem sequi, non minus iustius, quàm tutius est.

1 **B** E N I G N V S est, ad benefaciendū expositus, & alios etiā inuitans, secundū Pap. & aures Principis decet esse benignas. l. vna. ibi. nemo in posterum pietatis nostræ benignas aures audeat molestare. 2 C. de thesaur. li. 10. quæ tamen benignitas nō debet esse nimia, ne subditos resoluat in malum: sic nec debet nimia asperitas exulcerare. c. disciplina. & c. licet nonnunquam. & c. sunt namq; 45. distinct. & c. duæ sunt eleemosynæ. Quam benignitatem in correctiōe seruandā inquit tex. in. c. quod CHRISTVS. 23. q. 4. & in eo. c. duæ sunt. 45. distinct. Multa quoq; agenda sunt cū inuitis, quadam benignitate. c. paratus. circa finem. ibi. agenda sunt autem multa etiam cū inuitis quadam benigna asperitate plectendis. 23. q. 1.

5 ¶ QV AE benignitas & benevolentia idem esse videntur: vt colligitur ex his quæ tradit Lucas de Pen. in ea. l. vna. C. de

thefaur. dum inquit, benignitatem Soli æquiparari. Allegat beatum Ambrosium, li. de Officijs, in hæc verba. Tolle ex vfu hominum benevolentiam, tanquam Solem è mundo tuleris, ifta erit: quia sine ea vfu hominum eſſe non poteſt, vt peregrinanti monſtrare viam, reuocare errantem, deferre hoſpitium. Aquam de aqua profluente dare, & lumen de lumine accendere. Non eſt igitur mediocris virtus de qua ſibi plaudebat Iob, dicens: Foris autem non habitabat hoſpes: ianua mea omni venienti patebat. Et
 6 vltra Lucam de Pen. benignitatem, benevolentiamque à pari iudicari, ſatis colligitur ex eo. c. diſciplina. & c. duæ ſunt cleemoſynæ. 45. diſtinct. iuncto. c. paratus. verſi. ſunt ergo. iuncto verſicu. ſequent. 23. q. 1. Manſuetudinis etiam benignitatem vocat tex. in. c. ſunt namque. 45. diſtinctione. licet ea manſuetudo etiam in diſtinctione conſiſtat, vt in eo. c. ſunt namque. Nimia tamen benignitas, per quam ſubditi ſoluantur, eſt reprobata. vt in eo. c. diſciplina. ibi. vt neque multa aſperitate exulcerentur ſubditi, neque nimia benignitate ſoluantur. 45. diſtinct.

7 ¶ E T Principum eſt, benigno affectu tam perſonas, quam cauſas, negotiaque, ac eorum deciſiones tractare. c. venerabilis. ibi. benigno proſequeremur affectu. extra. de præben. clementi. 1. in fine. ibi. benignè tractaret. de iureiuran. bonus tex. in. l. iura libertorum. ibi. diui Seuerus & Antoninus benigniſſimè reſcripſerunt. ff. de iure patrona. Ac in dubijs benigniorem interpretationem iura ſequuntur. l. ea quæ in partes. §. in re dubia benigniorem interpretationem ſequi, non minus iuſtius, quam tutius eſt. ff. de re. iur. Pulcher tex. in. l. proximè. ff. de his qui in teſtamen. delen. l. ſemper in dubijs. & illic Deci9, Guiliel. Mayner. & ſuſius Hieronymus Cagnolus. ff. de reg. iur. Bonus tex. in. l. ſi bene collocatæ. ff. de vſur. Facit. l. benignius. ff. de legibus. l. ſi fuerit. ibi. hoc valere benignum eſt. ff. de legatis. 3. & l. cum in teſtamèto. ff. de re dub. cum ſimili. vt tradit Ludo. Roma. Conſi. 62. Florentina ciuitas. col. 1. nec à prædictis diſcrepat tex. in. l. inter pares. de re iudi. l. lex Iulia. ff. de manumifſio. tit. generali. c. ſi. de re iudi.

Omn-

Omnibus æquum.

S V M M A R I V M.

- 1 I N adminiſtratione Iuſtitie oportet Principem omnibus æquum eſſe. Apud Principem acceptio perſonarum eſſe non debet.
- 2 Principes ſunt æquitatis & Iuſtitie amatores.
- 3 Approbatur opinio glo. memorabilis in c. cum ſint. de regul. Iur. in. 6.
- 5 Aequitas & Iuſtitia non differunt, ſecundum quid.
- 6 Iudices in principio ſuæ adminiſtrationis iurant æquitatem ſeruare.
- 8 Iudices æquitatem præ oculis habere debent: eam, ſcilicet, quæ ex iure colligi poſſit. & nu. 9.
- 10 Non nuda aut imaginaria æquitas, ſed rationi coniuncta attendi debet.
- 12 Declaratur tex. in. l. 2. §. item Varus. ff. de aqua plu. arcen.
- 16 Vbi æquitas non eſt expreſſa aliqua lege in aliquo caſu particulari: tunc Iudex debet ſequi æquitatē ſumptam ex diſpoſitione aliarum legum.
- 18 Rigor ſcriptus æquitati nõ ſcriptæ præfertur: & in hoc ſenſu intelligenda eſt. l. proſpexit. ff. qui & à quibus. Obſeruantia æquitatis in arbitrio Iudicis reſidet.
- 19 Licet plures ſimul delinquentes de rigore Iuris puniri poſſint: tamen, æquitatē præſata, Iudex ſi velit, poteſt principales tantum punire.
- 20 Iudex æquitatē ſuadente, citra grauamē, Iuris limites excedit. Licet de Iuris rigore partes ad concordiam nõ poſſint cogi: poterunt tamen ſi æquitas ſuadeat, maxime à Principe.

1 **H** O C intelligo in Iuſtitie adminiſtratione. Non enim apud eum acceptio perſonarum eſſe debet, vt ſuprà latè

deductum eſt. c. nouit. de iudi. c. recurat. §. his ita reſpondetur. 32. q. 4. c. venerabilis. extra. de præben. c. ſi. cum ibi notatis. 3. q. 9. Principes enim ſunt æqualitatis & Iuſtitie amatores, inquit Imperator. in. §. ſi. in authen. de non eligendo ſecundo nubem. colla. 1. & æqualitatem litigatoribus volūt obſeruari. l. ſi. C. de proxim. ſacrator. ſcrinio. li. 12. verſi. & quoniam. l. ſi. C. de fructi. & lit. expen. vbi gloſa, maiorem æquitatem inquit æqualitatem. Abſurdum enim eſſe viſum eſt, in alterius perſona ratū eſſe, quod in alterius ratū non eſt. l. ſi cum dies. §. ſi arbiter. verſi. abſurdū. ff. de recep. arbitr. in quo tamē ſub paucis glo. communiter recepta in regula, cum ſint iura partium. de regul. iur. li. 6. inquit, in principio litis faueri auctori, potius quam reo: in medio vtriq; , in fine reo. Idem Decius, Guiliel. Mayner. & Cagnolus, in regula. fauorabiliores. ff. de reg. iur. Bar. & cõmunis ſcribentium aſſertio, & illic Alex. Socinus, & Iaſon, in. l. de die. ff. qui fatiſdar. cogantur. Latior glo. 2. in. c. cum ad ſedem. de reſti. ſpolia. extra.

4 ¶ A L I A S autem, extra adminiſtrationem
 P 3 Iuſti-

Iuftitię, nō prohibetur Princeps paucis eſſe familiaris, & ſic, nō omnibus æquus ſeu æqualis. vt infra latè declarabo, in verb. paucis familiarem. Hic autem verba Philoſophi in adminiſtratione Iuſtitię intelligenda non dubito, ex his quę ſuprà dixi: & ne elegans doctrina ſibi ipſi auerſetur. Aequitas enim & Iuſtitia non differunt ſecundum quid: quia æquitas eſt Iuſtitia, dulcore miſericordię temperata, ſecundum beatum Cyprianum, quem refert Specul. in tit. de diſpenſatione. §. 1. in verb. æquitas. nu. 4. Panor. poſt Ioan. Andrę. in. c. ex parte. nu. 6. de tranſac. Iaſon in. l. placuit. in prin. C. de iudi. vbi corruptè allegat Salicetum, ibi idem tenentem. Facit. l. 1. ibi. Ius eſt, ait, boni & æqui. ff. de Iuſti. & Iur. tex. in. l. in his. ibi. ex bono & æquo. ff. de conditio. & demonſtra. Et Iudices in principio ſuę adminiſtrationis iurant æquitatem ſeruare. §. 1. ibi. & æquus in cauſis vtriſque parti. & ibi. omnem æquitatem ſeruabo. in authen. iuſiurandum quod præſtatur ab ijs. colla. 2.

7 ¶ QVAM in ſumma obſervatione habuiſſe Seruium Sulpitium iuriſconf. legimus: de

quo Tullius Philippi. nona. Nec verò ſilebitur admirabilis quædam & incredibilis & penè diuina eius in legibus interpretandis, æquitate explicandis, ſcientia: omnes qui ex omni ætate hac in ciuitate intelligentiam iuris habuerunt, ſi vnum in locum conferantur, cum Seruio Sulpitio non ſunt comparandi. Neq; enim ille magis iuris conſultus quàm Iuſtitię fuit. Itaq; quę proficiſcebantur à legibus, & à iure ciuili, ſemper ad facilitatem, æquitatemq; referebat: ne que conſtituere litium actiones malebat, quàm controuerſias tollere. Hęc ille.

8 ¶ ET Iudices æquitatem præ oculis habere debent. l. quod ſi Epheſi. in fine. ff. de eo quod certo loco. notat glo. elegans in. l. inter filios. C. famil. her. ciscun. in verb. æquo iure, id eſt, æquitate ſola inſpecta. Cum enim, inquit glo. ex ſententia ius fieri debeat, ſicut ipſe legiſlator æquitatem ſequitur: ita & Iudicē ſequi oportet: licet quandoque non ita ſequatur, oculo Iudicis caligante. vt ibi per Accuſſū: & eam ibi multum commendat Baldus.

9 ¶ QVÆ omnia limitāda ſunt, nō de æquitate cerebrina, ſed de æqui-

æquitate quę ex iure colligi poſſit. ita Alberi. & Iaſon, in ea. l. quod ſi Epheſi. §. interdum. ff. de eo quod certo loco. Panor. in. c. ex parte. 2. 3. notab. de offi. delega. vbi inquit, Iudicem debere ſequi æquitatem iure informatam, vt ibi. quod eſt notandum, ſecundum eum, contra illos qui dicunt ſe amplecti æquitatem, ſpota iuris forma. Illa enim non poteſt dici æquitas, ſed iniquitas: quia deuiat ab eo quod iuſtum & æquum, ſcilicet à lege. c. erit autē lex. 4. diſtinglo. Antonius. Panor. & Imol. in. c. ſi. de tranſac. communiter Doctores. in eo. c. ex parte. 2. de offi. delega. Decius in. c. quoniam contra falſam. 5. notab. de proba.

10 ¶ NE C enim nuda vel imaginaria æquitas, ſed rationi coniuncta attenditur. Bal. in rubric. C. de conſi. pecu. 2. col. verſi. vnum enim adde. Idem Paul. eleganter in. l. placuit. C. de iudi. Romanus Conſi. 149: conſuſionem. col. ſi. Carolus Molin. in Conſuetud. Pariſienſes. fol. 333. tit. 1. (de matiere feodal) §. 4. nu. 86. verſi. ſed ne cui forte. vbi allegat tex. ad hoc elegantiffimum. in. l. bona fides. ff. de po. inquit, Simplicem & informem æquitatē, non eſſe æqui-

tatem, ſed æquitatis ſimiam: illam autem plenam æquitatem, quę nō tantum ex naturalibus, vel iuris gentium, ſed etiam vna cum præceptis ciuilibus, & prætorijs æſtimatur, nō ex vna circumſtantia vel parte rei, ſine ex vno certo reſpectu, ſed ex totis rei, id eſt, perfecta & totali æquitate, quę ex omnibus perſonis & circumſtantijs, quę negotio geſto coniunguntur, impletur: hoc eſt in ſumma, quę totius iuris, & totis ſubiecti negotij ſymmetra conſideratione reſultat: & hanc Triphonius iuriſconf. meritò ſummam, id eſt, vnde quaq; abſolutam æquitatem appellat, in ea. l. bona fides. ff. de poſi. vt latius per eum ibi.

12 ¶ ADVERTENDVM tamē eſt circa præmiſſa: quia imò æquitas videtur habere locum, vbi ius deficit. l. 2. §. itē Var9. ibi. æquitas ſuggerit, licet ſtricto iure deficiamus. ff. de aqua plu. ar. cen. Ad idem tex. expreſſus in. c. ſi. de tranſac. & ideo idem Decius in. l. in omnibus quidem. ff. de reg. iur. & in eo. c. ex parte. 2. de offi. delega. 3. notab. concludit tex. in ea. l. quod ſi Epheſi §. ſi. & ſimilia iura, intelligi de æquitate ſimpliciter: & ſic de naturali Iuſtitia, quę conſideratur vbi ius deficit. vt notat Bal.

in. c. pastoralis. de causa posses.
& proprie.

13 ¶ **P R A E T E R E** A rigor vi
datur seruandus, & præfere-
ndus æquitati. l. prospexit legisla-
tor. vbi tex. elegans. & ibi Be-
nedict. de Plumbi. ff. qui & à
quibus.

14 ¶ **S E D** ultra omnes Doctores,
considerandum est hanc opinio-
nem Decij viri grauisissimi, non
posse procedere iure renitente,
tali fundamento. Non enim se-
quitur, Ius deficit, ergo æqui-
tas qua Iudex mouetur, non po-
test à iure informari. Hæc enim
consequencia non est digna tan-
to viro. Imò consideratio Pa-
nor. & sequacium est vera, &
plana: volunt enim, deficiente
iure, Iudicem posse vti æquitate,
à iure informata: iuxta tex. in
eo. c. fi. de transac. & in eo. §.
item Varus. quasi velint nō con-
uenire Iudici, vti æquitate cere-
brina. vt per Alberi. & Iaf. in eo.
§. interdū: sed æquitate in alijs
legibus comprehensa. vt in. l.
bona fides. ff. de possi. quā latius
declarat Molin. vbi supra: licet
deficiat speciatim in illo casu. Si
15 enim æquitas in aliquo casu ex-
pressa sit à iure: eam sequi, est se-
qui ius, in quo æquitas contine-
tur: vt in tex. nota. l. non sine.

C. de bon. quæ liber. cum simili.
& in. l. inter filios. C. famil. her-
ciscun. sed vbi æquitas nō est ex-
pressa in lege, in aliquo casu par-
ticulari: tunc debet Iudex sequi
16 æquitate non (vt dixi) cere-
brinam, sed sumptam ex dispo-
sitione aliarum legum. Pono
exemplum: Aequum est, in ali-
quibus casibus poenā à iure sta-
tutam diminuere, secundum ca-
suum contingentiam, qui à legisla-
tore speciatim cōprehendi non
potuerunt. l. non possunt. ff. de
legi. l. 3. ff. de præscrip. verb.
nō ex æquitate cerebrina, vt di-
xi, sed ex æquitate causarū, quas
iura approbāt, vt supra latè de-
duxi: de quibus in. l. aut facta.
ff. de poenis, cum similibus. Vt
17 de eo, cuius consciētiae aliquid
committitur, dicimus: Non pos-
se eum leges transgredi: quia in-
telligitur de conscientia legibus
munita, non de ea quam pars si-
bi fabricat. Pulchrè Alex. alle-
gans Bal. in disputatione, inci-
piente: Satuto cauetur quod fœ-
nerator. in vlti. col. Alex. inquā
Consi. 218. visis verbis. 1. col.
in fine. volumi. 2. argumen. l.
codicillis. §. instituto. ff. de lega.
2. Sequitur Iaf. in. §. sed iste. col.
penul. Instituti. de actio. Facit tex.
elegans in. l. Thais. §. sorore.
ibi. non spectandum quod hære-
dibus displiceret, sed id quod bo-
no

no viro posset placere. ff. de fi-
dei com. liber. cum simili, vt di-
xi supra in verb. sed etiam legi-
bus oportet esse armatam.

18 ¶ **N E C** obstat. l. prospexit. Il-
la enim loquitur in rigore scri-
pto, quem æquitati non scriptæ
præferendum iura tradunt. cō-
muniter omnes. in. l. placuit.
C. de iudi. ac in ea. l. prospexit.
latè & singulariter Petrus Bellu-
ga in Specul. Princip. rubri. 11.
§. compediōse. vbi singulariter
ait: Obseruantiam æquitatis in
arbitrio Iudicis residere, nec sub
19 quid. ff. de iudi. ex quo signan-
ter deducitur, quod licet multi-
tudine delinquente, de iuris ri-
gore omnes puniri possint: si ta-
men Iudex æquitate pensata, ve-
lit solum principales punire, ci-
tra grauamen id facere poterit.
c. fi. de transac. c. latores. de
cleri. excommu. c. vt constitue-
retur. 50. distin. c. quoties. 1. q.
7. & quod nota. in. c. 2. de tem-
por. ordi. Sic etiam, æquitate
20 suadente, Iudex, citra grauam-
en limites iuris excedit: licet
enim considerato iuris rigore,
quis non possit ad concordiam
cogi, iuxta nota. in. l. 1. §. & post
operis. ff. de no. oper. nuntia.
tamen æquitate suadente, quan-
do diutius inter partes litigatū

est: Iudex potest, imò debet eas
ad concordiam reducere. tex.
cum glosa, & non est alibi, in. c.
placuit. 90. distin. Amplè Iaf.
ac Decius in. l. quidam existima-
uerunt. ff. si cer. peta. Imò si eo
casu Iudex parti aliquem terro-
rem incutiat, vt partes ad con-
cordiam reducat: non grauat:
quia æquitas qua mouetur gra-
uamen, purgat. Allegat Ho-
stiens. in Summa, de dilationi-
bus. §. & quibus Antonium. in
c. 1. de mutu. peti. quod maxi-
mè procedit in Principe, vbi
21 est quæstio inter aliquos magna
tes: maximè quādo talis lis seu
quæstio ac eius totalis dispo-
sitione, pēderet à Principe: vt si age-
retur de aliqua gratia, seu priui-
legio, à Principe concessio. vt il-
lic signāter per Petrum Bellug.
Facit tex. nota. in. c. cum inter
R. seniore. de electio. Paul.
Alex. & Iaf. in ea. l. quidam ex-
istimauerunt.

Nemini blandum.

S V M M A R I V M.

1 **N E M I N I** blandus Princeps esse
debet: hoc est, non flexilis, sed
rectus & integer.
2 Vel quia debet esse talis, vt blanditijs
seu persuasionibus alterius iniustus
non moueatur.
5 Vel quia adultores, & quid blandius
de se dicentes, audire non debet, vt

plures Imperatores Romanos feciffe
historia referunt.

- 12 Adulatores destruit Curias Principum.
13 Traduntur alia duae expositiones huius
nominis blandus. & nu. sequent.



DO T E S T expo-
ni, id est, non fle-
xum in aliquo, nec
subinclinatum. vt
per tex. cum glosa
eleganti in simili, in §. 1. in verb.
subinclinatus. in authen. iustu-
ran. quod praesta. ab his qui ad-
mi. accipiunt. colla. 2. Facit tex.
elegans in §. studium verò. versi.
si quis autem. ibi. nullo iudican-
tium neq; in hoc flectendo, sed
integritatem legis custodiente.
in authen. de trien. & semis. col-
la. 3. Debet enim esse rectus &
constans. argum. l. obseruandum.
ibi. neq; recti neq; constantiae lu-
dicis est. &c. ff. de officio praesi.
Facit diffinitio Iustitiae, quae de-
bet esse constans. vt in. l. Iusti-
tia. ff. de. Iusti. & iur. & in §. 1.
Institu. illo tit. nec precibus ca-
lamitosorum illa chrymari oportet.
vt in ea. l. obseruandum. de
offi. praesi. Faciunt quae de seue-
ritate & grauitate Principis di-
xi supra, in verb. seuerum, & in
verb. grauem.

- 2 ¶ V E L aliter, nemini blan-
dum, id est, talem, qui blandi-

tis seu persuasionibus alterius
in iniustis non moueatur. l. blan-
ditus. C. de fideiussor. Licet
enim in iustis iustum sit, blan-
do sermone quem persuadere.
d. qui sincera mente. 43. distin.
ibi blandimentis debent, non
asperitatibus, studere. Bonus
tex. in. l. si. & quod per eum Bar.
ff. si quis aliquem testari prohib.
& in. l. si. vbi Salicetus. C. eo-
dem tit. secus in iniustis, vt in
ea. l. blanditus. Et ideo qui pu-
tant seu existimant aliquid con-
tra iuris dispositionem, sibi blan-
diuntur, dicit Iuriscons. in. l. si
plures. §. si pares. in fine. ibi. blan-
diuntur enim sibi, qui putant ho-
norarios tutores omnino non te-
neri. tenentur enim. &c. ff. de ad-
ministra. tutor. Et qui sibi blan-
diuntur, ipsi se seducunt. c. vnum
orarium. §. alia ea demum. 25.
distinc.

- 5 ¶ V E L aliter, nemini blandum
scilicet in audiendo sermone, quod
quid blandius de se dicatur. vt
de Tiberio inquit Suetonius, in
haec verba: Adulationes adeo
aduersatus est, vt neminem se-
natorum, aut officij, aut nego-
cij causa ad lecticam suam admi-
serit: consularē verò satisfacien-
tem sibi, ac per genua orare co-
nantem, ita suffugerit, vt cade-
ret supinus: atq; etiam si quid in
sermo-

sermone, vel in continua oratio-
ne blandius de se diceretur, non
dubitaret interpellare, ac repre-
hendere, & commutare conti-
nuo. Dominus appellatus a quo-
dam, denuntiavit, ne se ampli-
9 contumeliae causa nominaret.
Alium dicentem sacras eius oc-
cupationes, & rursus alium au-
thore eo Senatum se adijisse: ver-
ba mutare, & pro authore sua-
forem, pro sacris laboriosas di-
cere coegit.

- 6 ¶ E T Iulium Caesarem, qui mi-
lites pro concione, non milites,
sed blandiori nomine commili-
tones appellabat: teste Sueto-
nio nu. 67. Ab Augusto Caesa-
re reprehensum legimus, qui mi-
lites commilitones nouo, blan-
doq; sermone appellans, dum af-
fectat charior fieri, authorita-
tem Principis emolliuerat. vt
per Eutropium de gestis Roma-
norum, de Augusto Caesare.

- 7 ¶ D E Octauiano quoq; Augu-
sto Suetonius, nu. 53. Cum spe-
ctante eoludos, pronunciatum
esset a mimo, o dominum aequum
& bonum, & vniuersi quasi de ipso
dictum exultantes comprobassent,
statim manu vultuq; indecoras
adulationes repressit, & inse-
quenti die grauissimè corripuit
8 edicto. De quo pulchrè beatus

Thomas, in eo singulari opuscu-
lo de regimine Princip. c. 13.
quod cum eius tempore natus
esset CHRISTVS Deus noster be-
nedictus, qui erat verus mundi
Dominus, & Monarcha, cuius
vices gerebat Augustus, licet
non intelligens: sed nutu Dei,
sicut Cayphas, dum dixit, Opor-
9 tere vnum hominem mori pro
populo, prophetavit. Vnde
hoc instinctu dictus Caesar tunc
temporis mandauit, vt narrant
historiae, ne quis de Romano po-
pulo dominum ipsum vocaret.
Quas quidem vices Monarchiae,
10 post CHRISTI veri Domini nati-
uitate gessit Augustus quatuor
decim annos, toto orbe terrarum
subacto. quia vt acta Principum
Romanorum describunt, dictus
Caesar Augustus, quinquaginta
sex annos & menses sex tenuit
principatum. Tiberius etiā qui
eidem Augusto successit, vt nar-
rant historiae, CHRISTVM tan-
quam verum Dominum, inter
Deos transferri voluit, licet im-
peditus fuerit a superbo & fa-
stioso Senatu, impaciente alicuius
dominij. Haec ibi sanctus
Doctor.

- 12 ¶ A D V L A T O R E S
enim destruunt curias Princij-
pum: & hodie sunt maioris alij
in curijs: vnde Versus.

Quis

Quisquis ditari cupit, sapiensq; vocari.
Disceat adulari, quia tales sunt modo chari:

vt per Alberi. in. l. i. C. de statu. & imagi. Et contra adulatores facit. c. sunt nonnulli. 45. distin. Et dicitur quis adulari tripliciter: attribuendo alicui homini bonum quod non habet, vel nimium extollendo bonum quod habet: & vtrumq; istorum est peccatum veniale: vel approbando malum quod habet: & istud est mortale. vt per glo. illam elegantem in. c. vnum orarium. & aliis ea demum. in verb. adulari. 25. distinc.

13 ¶ **V E L** aliter nemini blandum. scilicet laudibus extollendo alium, ultra quam mereatur: quod et si omnes homines cauere debent, maximè tamen ab hoc Principes abstinere debere, docet lex illa Regia elegans. 4. tit. 4. 2. Partita.

14 ¶ **A L I A S** autè capitur blandus, pro moderato & affabili Principe: vt de Alexandro Seuerio inquit Lampridius: Moderationis tantæ fuit, vt nemo vnq; ab eius latere submoueretur, vt omnibus se blandum affabilemq; præberet: vt amicos non solum primi ac secundi loci, sed etiam

inferiores ærotates viferet: vt sibi ab omnibus liberè, quæ sentiebant, dici cuperet: & cum dictum esset, audiret: & cum audisset, ita vt res poscebat, emendaret, atq; corrigeret. Deniq; cum ei obijcerent nimiam ciuitatem, & Mammea mater, & vxor Memmia Sulpitij consularis viri filia, Catuli neptis, & sæpe dicerent, molliorem tibi potestatem & contemptibilem Imperij fecisti, ille respondit: Sed securiorem, ac diuturniorem. Hæc ille.

Paucis familiarem!

S V M M A R I V M.

- 1 **A L I Q V I B V S** Princeps familiaris esse potest, sed paucis.
- 2 Reprehenditur opinio cuiusdam dicitis, non oportere Principem habere familiares, vel (vt vulgò dicitur) priuatos.
- 7 Licitum autem esse Principibus amicos habere, & aliquos familiares, hoc est, priuatos, idq; omnium iure, multis iuribus & maiorum exemplis demonstratur. hoc nu, 7. cum. 25. sequent.

1 **A L I Q V I B V S** ergo, licet paucis, Principes familiares esse possunt. Non enim consultit Philosophus eleganter, vt Principes nullum penitus familiarem habeant: vt de quodam

dam fertur, quem suo Principi afferere solitum aiunt: Non oportere Principes habere amicos familiares, seu (vt vulgi verba sequar) priuatos. Quæ persuasio quam sit erronea, quæ funesta, quam absurda, quam ab humana conditione aliena, quam detestanda, quam deniq; à Principum humanitate pietateq; extranea, & contra legem. hi qui ibi. versari inter homines, & hominum carere suffragijs. C. de apostata. notum est. Quis enim pro deum fidem, qui velit vt neq; diligat quemquam, nec ipse ab vilo diligatur, circumfluere omnibus copijs, atq; in omnium rerum abundantia viuere? Hæc enim est tyrannorum vita: in qua nulla fides, nulla charitas, nulla stabilis benevolentia potest esse fiducia: omnia semper suspecta atq; sollicita sunt: nullus locus amicitia. Cicero in Lelio. Omnis enim ratio & institutio vite, ad iumentum hominum desiderat. In primisq; vt habeat quibus cum familiares conferre possit sermones. vt per eundem. 2. Officio.

5 Omniumq; societatum nulla præstantior est, nulla firmitior, quam cum viri boni moribus similes sunt familiaritate coniuncti. Nihil enim amabilius, nec copulatius, quam morum similitudo bonorum. Idem Cicero. 1. Of-

ficio. Et nihil est aptius vitæ, nihil ad beatè viuendum accommodatius, quam cum viris bonis, iucundis, amantibus nostri viuere. Cicero. P. Pæto, Epistolarum li. 9. Licet enim domini ad seruum non sit amicitia, secundum quod seruus: est tamen secundum quod homo. Quia vt seruus, est ei dissimilis: vt homo autem similis: teste Aristo. 8. Ethicorum. c. 11.

7 ¶ **P R A E T E R E A** iure diuino, iure ciuili, iure Regio, exemplis maiorum, & comuni assuetudineq; omnium Principum obseruantia introductum est, vt habeant priuatos, seu familiares, quos præ cæteris diligunt, & quibus maiora beneficia impartuntur: & merito: quia in eis ultra alios maiores virtutes inueniunt.

8 Ipsis enim rerum experimentis cognitum est, in priuatis Principum, seu eorum familiaribus, temper aliqua digniora, aliqua altiora, aliqua rara, ac singularia, nec cæteris communia in sensu, in intellectu, in patientia laborum, in summa fidei obseruatione reperiri. Ex quo provenit, vt Principes eos summa dilectione, iure quidem, prosequantur.

9 ¶ **I M P E R I V M** enim non tollit affectus, vt in simili, in pulchro

chro caſu inquit Iulius Capito-
linus de Antonino Pio. Inter ar-
gumenta pietatis eius & hoc ha-
betur, quòd cum Marcus mor-
tuum educatorem ſuum ſleret,
vocareturque ab aulicis mini-
ſtris ab oſtètatione pietatis, ipſe
dixerit: Permittite, inquit, illi
vt homo ſit: neq; enim vel phi-
loſophia, vel imperium tollit
affectus.

10 ¶ E T vt à iure diuino initium
faciamus: Deus Omnipotens
Numeri. 12. inquit: Audite ſer-
mones meos. Si quis fuerit inter
vos propheta Domini: in viſio-
ne apparebo ei, vel per ſomnium
loquar ad illum. At non talis ſer-
uus meus Moyſes, qui in omni
domo mea fideliffimus eſt. Ore
enim ad os loquor ei. Palam &
non per ænigmata & figuras Do-
minum videt.

11 ¶ E T illud Redemptoris no-
ſtri benedicti, qui præ cæteris
dilectum habuit Lazarù, iuxta
illud Ioannis. 11. c. Lazarus a-
micus noſter dormit: què etiam
à mortuis reſurgere voluit, vt
ibi. & tradit etiam glo. in. l. ex
his. ff. de legibus. Præterea di-
ſcipulos & Apoſtolos, iuxta il-
lud Ioannis. 15. c. Iam non di-
cā vos ſeruos, ſed amicos meos:

patre meo nota feci vobis. Et ex
his Petrum, Iacobum, & Ioan-
nem, iuxta illud de transfigura-
tione in monte Tabor, de quo
Matthæi. 17. c. Et illud Domi-
nicæ Paſſionis, in oratione ad
Patrem in orto, ibi, Et aſſum-
pſit Petrum, & Iacobum, & Ioan-
nem ſecum. Marci. 14. Et illud
Redemptoris noſtri ad Petrum:
Ego autem rogauit pro te, vt non
deficiat fides tua: & tu aliquan-
do conuerſus, confirma fratres
tuos. Lucæ. 22. c. Et Ioann.
vltim. c. Conuerſus Petrus, vi-
dit illum diſcipulum quem dili-
gebat IESVS.

12 ¶ I V R E civili. l. diui fratres.
ibi. ſed & Voluſius Mætianus
amicus noſter. ff. de iure patro.
Bonus tex. in. l. ſi. ff. de offi.
præfec. vigil.

13 ¶ I V R E Regio, elegantiffi-
ma illa. l. Regia. 5. quæ loqui-
tur de vulgari verbo (priuados)
tit. 9. 2. Partita. Familiaritas
enim à legibus permiſſa, & quã
morũ honeſtas iuſtis coniunxit
rationibus. l. latæ culpæ. 5. ami-
cos. ff. de verb. ſignifica. non
video quid Maieſtatem Princi-
pis legum conditoris offendat.

14 ¶ E X E M P L I S maiorum,
cõſuetaq; Principum obſeruan-
tia,

tia, id etiam ſatis liquet. Legi-
mus enim Iulium Cæſarem, ami-
cos tãta ſemper facilitate indul-
gentiaq; tractaſſe, vt. C. Oppio
comitanti ſe per ſylueſtre iter,
correptoq; ſubita valetudine,
& in diuerſorio loco, quod vnũ
erat, ceſſerit, & ipſe humi ac ſub
diuo accubuerit: vt eſt author
Suetonius in eo. Cæſare. nu. 72.

15 ¶ E I D E Mq; Iulio Cæſari fa-
miliariffimum Cornelium Bal-
bũ, ſcribit Suetonius in eodem
Cæſare. nu. 81. ibi. author eſt
Cornelius Balbus, Cæſaris fami-
liariffimus.

16 ¶ O F I L I V Mq; Iuriſconſul-
tum, in æqueſtri ordine perfe-
uerantem, & qui libros de iure
civili plurimos, qui & omnem
partem operis fundarent, reli-
quit, Cæſari familiariffimũ fuiſ-
ſe, Pomponius Iuriſconſ. ait in
l. 2. 5. Flauius Priſcus. verſi. Ofi-
lius. ff. de origine iuris.

17 ¶ E T de Auguſto Cæſare Sue-
tonius inquit: Amicitias neq;
facile admittit, & conſtãtiſſimè
retinuit.

18 ¶ E T de Tiberio idem Sue-
tonius ait: Superveteres amicos
ac familiares, viginti ſibi è nu-
mero Principum ciuitatis depo-

poſcerat, velut Cõſiliarios in ne-
gotijs publicis. Cui & Neruam
Iuriſconſ. familiariffimũ inquit
tex. in. l. 2. 5. poſt hunc maxi-
mæ. verſi. Hic etiam Nerua fa-
miliariffimus Cæſari fuit. ff. de
orig. iur. Compertum enim eſt
Neruam Tiberio Cæſari ſingula-
ri fuiſſe familiaritate iũctum, vt
ex Cornelio Tacito li. 4. & 5.
ſatis liquet: Nam & Cæſarem,
dum in Campaniam ſecederet,
comitatus eſt: & cum. 15. iuriſ-
conſ. moriendi conſilium iniſſe-
ſet: à Cæſare, vt vitam produ-
ceret, cohortatus eſt: ſed verba
authoris referre placuit. Cocce-
ius, inquit, Nerua, cõtinuus prin-
cipis, omnis diuini humanique
iuris ſciens, integro ſtatu, cor-
pore illæſo, moriendi conſilium
cœpit: quòd vt Tiberio cogni-
tum, adſidere ei, cauſas requi-
rere, addere preces, fateri po-
ſt humo, graue eſſe conſcientiæ
ſuæ, graue famæ ſuæ, ſi proxi-
mus amicorum Cæſaris, nullis
moriendi rationibus vitam fu-
geret. auerſatus ſermonem Ner-
ua, abſtinentiam cibi cõiunxit,
donec vitam efflaret. Diceba-
tur integerrimus ille vir mala
reipublicæ proximè futura præ-
uidiſſe, atq; adeò dum integer,
dum intentatus eſſet, honeſtum
finè voluiſſe: autore Zafio in ea.
l. 2. 5. poſt hunc maximæ. in eo.
verſi.

verfi . hic etiam Nerua . in verb .
familiariffimus .

20 ¶ E T de Adriano , teſte Dione
Caſſio Nicæo , Georgio Merula
Alexandrino interprete , legi-
mus : quòd infirmos amicos vi-
ſitaſſet : & quoties dies feſtos il-
li agerent , cum eis ſimul venie-
bat , & eorum domibus ſuaui-
ter vtebatur . De eodèq; Adria-
no Spartianus ait in eo . Cæſare :
Amicos ditauit , & quidem non
petentes , cum petentibus nil ne-
garet . Et de illo eodem Cæſare
Spartianus in eo . inquit : Vno
tempore ſcripſit , dictauit , au-
diuit , & cū amicis fabulatus eſt .

21 ¶ D E Marco etiam Antoni-
no Philoſopho inquit Iulius Ca-
pitolinus in eo . Cæſare . Ama-
uitq; ex cõdiſcipulis præcipuos
Senatorij ordinis Scium Fulcia-
num & Aufidium Viçtorinum :
ex equeſtri , Bebius Longum &
Calenum , in quos maximè libe-
ralis fuit : & ita quidem , vt quos
non poſſet ob qualitatem vitæ
Reipublicæ præponere , locuple-
tatos teneret . Et de eodem idem
Iulius Capitolinus ait : Semper
fanè cum optimatibus , non ſo-
lùm bellicas res , ſed etiam ciui-
les prius quàm faceret aliquid ,
contulit . Deniq; ſententia illius
præcipua ſemper hæc fuit : Ae-

22 quius eſt , vt ego tot & talium
amicorũ conſilium ſequar , quã
vt tot tales amici meã vnus vo-
luntatem ſequantur . Hæc ille .

23 ¶ E N C O L P I V M quoq;
Alexandro Seuero familiariffi-
mum , ſcribit Aelius Lampri-
dius , in eo . Cæſare .

24 ¶ E T Papinianum Seuero Im-
peratori amiciffimum fuiſſe , te-
ſtatur Spartianus in vita Anto-
nini Caracalli .

25 ¶ D E Alexandro quoq; Seue-
ro , de quo ſuprà , legimus : Ne-
gotia & cauſas prius à ſcrinio-
rum principibus , & doctiffimis
iuriſperitis & ſibi fidelibus , quo-
rum prim⁹ tunc Vlpianus fuit ,
tractari ordinariq; , atq; ita ad
ſe referri præcepit . authore Lã-
pridio in eo . Cæſare . Et inferius
de eodem ait : Idcirco quòd &
res bellicæ & res ciuiles , vt ſu-
perius dictum eſt , per amicos
tractabantur , ſed ſanctos & fi-
deles , & nunquàm venales : &
tractatæ firmabantur , niſi quid
noui etiam ipſi placeret . Hæc
ille .

26 ¶ E T de Cæſare Octauiano
Auguſto legimus , quòd in ami-
cos fidus extitit , quorum præ-
cipui erant ob taciturnitatem

Mecœ-

Mecœnas , ob patientiam labo-
ris , modeſtiamq; , Agrippa . Di-
ligebat præterea Virgilium , Flac-
cumq; Poëtã . Rarus quidem
ad recipiendum amicitias , ad
retinendas conſtantiffimus : te-
ſte Eutropio , atque Aurelio Vi-
ctore . Et Paulò inferius ad fi-
nem eius vitæ , inquit Eutro-
pius : In amicos , fideliffim⁹ , quos
tantis euexit honoribus , vt pe-
nè æquaret faſtigio ſuo .

27 ¶ A D quod illud Valerij Ma-
ximi . li . 4 . c . 7 . de Alexandro
Rege , in hæc verba : Rex Ale-
xander , Darij caſtris , in qui-
bus omnes neceſſarij eius erant ,
potitus : Epheſtione gratiffimo
ſibi latus ſuum tegente , ad eos
alloquendos venit , cuius aduen-
tu mater Darij recreata , humi
proſtratum caput erexit , Ephe-
ſtionemq; , quia ei & ſtatura ,
& forma præſtabat , more Per-
ſarum adulata , tanquàm Ale-
xandrum ſalutauit . Admonita
deinde erroris , per ſummam tre-
pidationem excuſationis verba
quærebat . Cui Alexander : Ni-
hil eſt , inquit , quod hoc nomi-
ne confundaris . Nam & hic Ale-
xander eſt : Vtri potius gratule-
mur : cui hoc dicere voluit , an
cui audire contigit ? Maximi e-
nim animi Rex , etiã totum ter-
rarum orbem aut victorijs , aut

ſpe complexus , tam paucis ver-
bis ſe cum comite ſuo partitus
eſt . O donum inclytæ vocis dan-
ti pariter , atque accipienti ſpe-
cioſum .

28 ¶ P R I N C I P E S enim
qui tot curis agitantur , maxi-
mè indigent familiaribus , & pri-
uatis , prudentibus , ſapienti-
bus , ac fidelibus : per quos tan-
ti ponderis negotia tractentur :
elegantiffima . l . Regia . 3 . titu .
1 . 2 . Partita . & . l . 12 . eodem ti-
tul . & Parti .

29 ¶ E T hi dicuntur (ſi fas
eſt) amici , familiares , & ſocij
Principis : vt de Alexandro Se-
uero , & de Iuris conſultis eius
conſilio aſſiſtentibus , & qui bo-
num ſuum Principem effecerunt :
quia eorum ſancta amicitia con-
ualuit : ſcribit Aelius Lampri-
dius in vita Alexandri Seueri in
fine .

30 ¶ Q V O R V M familiaritas
non parit contemptum : imò be-
neuolentiã , affectionem , & ami-
citiã : licet enim familiaritas
quandoque cõtemptum pariat :
c . & ſi Iudæos . extra . de Iudæ . l .
obſeruandũ . ff . de offi . præſi . c .
quãdo . 86 . diſtin . Illud procedit
inter fatuos , & inter ruſticos , &
parum prudentes . Inter pru-
den-

Q den-

dentem autem, inducit & conferuat amicitiam. vt eleganter tradit Panor. in eo .c. & si Iudæos. 2. notab. de Iudæ. post glos. celebrem in allegato. c. quando. in verb. frangatur. 86. distinc.

31 ¶ N E C hoc loco prætereundum est, quod de Vetronio Turino familiari Alexandri scribit Aelius Lampridius, in Alexan. in hæc verba: Solus post meridiem, vel matutinis horis idcirco nunquam aliquos videbat, quod ementitos de se multa cognouerat. Speciatim Vetronium Turinum: quem cum familiarem habuisset, ille omnia vel fingendo, sic vendiderat, vt Alexan. quasi stulti hominis, & quæ ille in potestate haberet, & cui multa persuaderet, infamaret imperium: sicq; omnibus persuaserat, quod ad nutum suum omnia faceret. Denique hac illi arte deprehendit, vt quendam immitteret, qui à se quiddam publicè peteret: ab illo autem occultè quasi præsidium postularet, vt pro eo Alexandro secreto suggereret. Quod cum factum esset, & Turinus suffragium promississet, dixissetque se quædam Imperatori dixisset, cum nihil dixisset, sed in eo pendere, vt adhuc impetraret, euentum vendens: cumque iterum iussisset

Alexander interpellari, & Turinus quasi agens aliud nutibus annuisset, neque tamen interim quicquam dixisset, impetratum autem esset quod petebatur, Turinusque ab illo qui meruerat fumi venditor ingentia præmia percepisset, accusari eum Alexander iussit: probatisque per testes omnibus, & quibus presentibus quid accepisset, & quibus audiētibus quid promississet, in foro transitorio ad stipitem illum ligari præcepit: & fumo appposito, quem ex stipulis atq; humidis lignis fieri iusserat, necauit, præcone dicente: Fumo punitur, qui vendit fumum. Ac ne in vna tantum causa videretur crudelior fuisse, quæsiuit diligentissimè an tequam eum damnaret: & inuenit Turinum sæpe, & in causis ab vtraque parte accepisse, cum euentus venderet, & ab omnibus, qui aut præposituras, aut prouincias acceperant.

Ad iracundiam tardum.

Su.

S V M M A R I V M.

- 1 O P O R T E T Principem ad iracundiam tardum esse.
- 2 Maximum remedium iræ est dilatio.
- 3 Ira Regis debet esse sicut fremitus leonis, & sicut ros super herbam.
- 4 Reges præ cæteris ab iracundia, odio, & mala voluntate cauere debent.
- 5 Exemplo Regis apum demonstratur Principem non debere esse iracundum.
- 6 Quamuis in criminalibus executio sententiæ non sit differenda: fallit quando Princeps ex iracundia sententiam tulit: quo casu per .30. dies debet differri. & nu. sequen.
- 7 Necessè est iudicantem ab ira cauere. Ira in sinu stulti requiescit. Nil prius agendum est, quam concitata mens ad tranquillitatem redeat. Ira sæpe etiam innocentes ad crimen adducit.
- 8 Qui ad irascendum facilis est, crit ad peccata procliuior.
- 9 Ira impedit animū ne possit cernere verum.
- 10 Iracundia differt ab ira, teste Cagnolo: licet interdum pro eodem sumantur.
- 11 Nunquam iratus qui accedit ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, quæ est inter nimium & parum. Cauendum est ne sit maior pœna quam culpa.
- 12 Magistratus omnes & Iudices inferiores in primis animaduertere debent, ne alicui voluptati temerè assentiant. Iudices curare debent diligenter, vt omnium rationes equè circumspeciant, & in alterutram partem non declinent.
- 13 Difficile est commotis animis & concitatis ingenijs verum cuiquam persuadere.
- 14 Iracundus amicis caret. Ira & odium in pectoribus humanis magnos fluctus excitant.
- 15 Ira magnificè gestarum rerum gloriam corrumpit, meritumq; honorè triumphii amittit.

- 24 Interdum ira laudanda est. Qui nõ irascitur vbi oportet, & vt oportet, & quibus oportet: is proculdubio fatuus est.
- 25 Vir prudens nonnunquam irascitur: eo tamen pacto, vt eius affectus dulcior sit melle. Si ira non fuerit, nec doctrina proficit, nec iudicia stant, nec crimina puniuntur. Non solum non peccat qui cum causa irascitur: sed ecotrà nisi iratus fuerit peccat.
- 26 Iudex qui plus iusto patiens est, vitia seminatur, & negligentias nutrit, & inuitat omnes ad malum. In Iudice melior est ira quam risus: quia per tristitiam vultus, corrigitur animus delinquentis.
- 27 Allegantur pulchra verba Plutarchi, de signis & affectibus iræ.



M A X I M V M enim remediū iræ dilatio est, vt primus eius feruor: & vt Seneca inquit: Caligo, quæ premit mentem, aut resideat, aut minus densa sit: nam vt ait Ouidius.

Vt fragilis glacies interit ira mora.

Idem Seneca . li. 2. de ira: Potest pœna dilata exigi, non potest exacta reuocari.

Nulla vnquã de morte hominis cunctatio longa est.

Non enim prohibet Philosophus Regem irasci, vt infrà latius differemus: sed ad iracundiam tardum esse admonet.

¶ Ira

- 2 ¶ I R A enim Regis, sicut fremitus leonis: & sicut ros super herbam, ita & hilaritas eius. Prouerbiorum. 19. c. &, Sicut rugitus leonis, ita & terror Regis: qui prouocat eum, peccat in animam suam. Prouerbiorum. 20. c. &, Indignatio Regis nuntij mortis: vir Sapiens placabit eum. Prouerbiorum. 16. c.
- 3 ¶ E T Reges præ cæteris ab iracundia, odio, & mala voluntate, cauere debent: iuxta illud quod Ecclesia orat: Ab ira & odio & omni mala voluntate, Libera nos Domine. Et sunt iura elegantissima, & literis aureis scribenda, Reges ab ira, & odio, & omni mala voluntate abstinere, mouentia. in. l. 9. 10. 11. 12. titul. 5. 2. Parti.
- 4 ¶ Q V O D in summa obseruatione habuit Alexander ille Severus, teste Lampridio, in eo. Casare: Neq; inquit, vnquam tædiauit, aut morosus, aut iratus resedit, fronte semper pari, & lætus ad omnia.
- 5 ¶ I T A quod alium Alexandrum Regem iracundiam suam propemodum cælo diripiuisse legamus, authore Valerio Maximo li. 9. c. 3. Alexandrum Regem, ait, iracundia sua propemodum cælo dirupit. Nam quid obstitit, quominus illuc affurgeret: nisi Lyf machus leoni obiectus, & Clytus hasta traiectus, & Calisthenes mori iussus? quia tres maximas victorias, totidem amicorum iniustis cædibus victor edidit.
- 6 ¶ Q V A M iracundiam cauere debent Reges: exemplo creaturarum inferiorum, vt in exemplo quod ponit Seneca de Rege apum: quæ aculeum in vulnere relinquunt: rex ipse sine aculeo est. Voluit ipsum natura, non sæuum esse, telumque detraxit, & iram eius inermem reliquit. Exemplum hoc Regibus omnibus vrgens, pudeat ab exiguis animalibus non trahere mores: tantò moderatior hominum animus debet esse, quanto vehementius nocet. Hæc ille, li. 1. de clementia, ad Nerone. c. 19.
- 7 ¶ E X his & illud statutum est: quod licet in criminalibus causis regulariter sententia illico executioni tradenda sit. l. cum reis. C. de poenis. id tamē eam limitationem, declarationēq; recipit, nisi Princeps ex ira-

- iracundia sententiam tulerit: cuius executionem per triginta dies expectandam, cautum est in. l. si vindicari. C. de poenis: quam legem Theodosium Imperatorem condidisse legimus: postquam ira indignationeque motus, magnam cædē in Thessalonica ciuitate confecit: argutusque à beato Ambrosio, poenitentiam egit. vt in. c. cum apud Thessalonicam. 11. q. 3. atq; ex tunc, ex beati Ambrosij præcepto, legem sibi vindicari edidit: authore Guiliel. Mayner. in. l. quicquid calore. in fine. ff. de regul. iuris. Luca de Pen. in. l. nemo carcerem. C. de ex-actor. tributor. lib. 10. Quæ ciuitas Thessalonica hodie Bononia dicitur, vt per Guilielmum Maynerium in ea. l. post glos. in Proemio. ff. in. §. hæc autem tria. in verb. in Regijs vrbibus: vbi glosa, Bartol. Angel. & Cagnol. eam à Theodosio Imperatore conditam, vt habetur in Legenda beati Ambrosij, asserunt.
- 9 ¶ N E C E S S E est enim iudicantem ab ira cauere. c. episcopus. §. si ergo iniuste. ibi. sed liuore odij. 11. q. 3. Vnde dicitur Sapientia. 12. Tu autem dominator virtutis, omnia cum tranquillitate iudicas. Ecclesia-
- stes. c. 7. Ne sis velox ad irascendum: quia ira in sinu stulti quiescit. Illa enim præpositorum sollicitudo utilis est, & illa cautela laudabilis, in qua totum ratio agit, & furor nil sibi vindicat. Restringenda sub ratione potestas est, nec quid agendum prius, quam cõcitata ad tranquillitatem mens redeat. nam commotionis tempore iustum putat omne, quod fecerit. Ira enim sæpe etiam innocentes ad crimen adducit: & dandus est locus iræ: hoc est, declinemus eam. Verba sunt in. c. illa præpositorum. & c. ira. 11. q. 3. Vir enim iracundus prouocatrix: & qui ad irascendum facilis est, erit ad peccata procliuior. Prouerbiorum. 29. c. Ira enim impedit animum, ne possit cernere verum. Specul. in titul. de aduocato. §. 4. nu. 9. allegat. c. si quis iratus. & c. Euphemium atq; Thomam. §. notandum. 2. q. 3.
- 10 ¶ E T in quo ira ab iracundia differat, ponit Hieronymus Cagnolus, in ea. l. quicquid calore. in principio dicens, Iram dictam esse ab eo, quod à se it & furit, qui irascitur. Vnde iram deponens, ad se redire dicitur. Hinc Terentius: Tandem reprime iram, & ad te redi.

Iracundia verò dicitur, eo quia iram accendat, secundum Festum: pro ira tamen sepe ponitur. Cicero li. 3. Tusculana. quaestio-

15 stionum: Iracundia est vlciscendi libido. vt latius illic per Cagnol. Ira enim, vt inquit Ennius, est initium insaniam. Cicero .4. Tusculanar. quaestionum.

17 ¶ QV AE ira maximè in punièdo prohibita est. Nunquam enim iratus, qui accedet ad poenam, mediocritatem illam tenebit, quæ est inter nimium & parum. Cauendum est igitur, ne maior sit poena quam culpa. Cicero .1. Officiorum. Et illic inferius. Sæpè ira procul absit, cum qua nil consideratè fieri potest. Quæ enim cum aliqua perturbatione fiunt, ea nec constanter fieri possunt, nec ijs qui adsunt, probari.

18 ¶ O M N E S enim homines qui in maximis Principatibus vitam agunt, aut qui de rebus publicis, aut priuatis, consultant: decet in primis animaduertere, ne cuiquam voluptati temerè assentiant: ne ve liberum ingenium furore aut iracundia pessum dent: sed vigilantius enitendum est, vt durent inuictis animis, vt om-

nium rationes æquè circumspiciant, nec in alterutram partem declinent, donec luce clariores in apertum deductæ, & satis peroratae videantur. Difficile est enim commotis animis, & concitatis ingenijs, verum cuiquam persuadere: vt inquit Lucius Sergius Catilina. in. 2. responsua Inuectiua in Marcum, Tullium: Ciceronem, in prin. quam ponit Salustius. fol. 117.

20 ¶ E T de Theodosio Imperatore legimus, eum irasci sanè rebus indignis, sed flecti cito, vnde modica dilatione emolliebatur. Quem cum Liuius Philosophus vidisset facile commoueri, ne asperum aliquid statueret, monuit, vt vbi irasci cœpisset, quatuor ac viginti Græcas literas memoria recenseret, vt illa concitatio, quæ momenti est, mente aliò traducta parui tēporis interiectu languesceret. authore Sexto Aurelio in eo. Cæsare, ac Paulo Diacono, li. 12. de gestis Romanorum, in eodem Theodosio.

21 ¶ E T iracundia amicitia carere facit, iuxta illud: Noli esse amicus homini iracundo. Prouerbiorum. 22. c. & Ira & odium in pectoribus humanis magnos

magnos fluctus excitant: procuru celerior illa nocendi cupiditate, hoc pertinacius: vtriusque consternationis plenus affectus, & nunquam sine tormento sui violentus: quia dolorem cum in ferre vult, patitur, amara sollicitudine, ne non contingat vltio, anxius: authore Valerio Maximo li. 9. tit. 3. quem citat, 22 nostris; vulgari sermone Hispano refert. l. Regia. 9. versi. E sobre esto. eo. tit. 5. 2. Parti.

23 ¶ E T ira magnificè gestarum rerum gloriam corrumpit: meritumque honorem, triumphum hostium, quam iræ fortior victor amittit. vt de Metello inquit Valerius ibi. Et ardens indignatione, mortem sibi præparat: vt de Sylla: qui nimia animi concitatione, atque immoderatae vocis impetu conuulso pectore, spiritu cruore, ac minis mistum euomit. authore Valerio, ibi pulchrè referente. Igitur in dubio est Syllam ne prior, an iracundia Syllæ sit extincta.

24 ¶ I N T E R D V M tamen ira laudanda est. Qui enim non irascitur pro quibus oportet, & vt oportet, & cum oportet, & quibus oportet: is proculdubio fatuus est, stupidus est. Aristotel. li. 4. Ethicor. c. 5. Et vir 25

prudens nonnunquam irascitur: eo tamen pacto, vt eius affectus dulcior sit melle iugiter distillante. Plato in Philebo. Et Ioan. Chryostomus super illud Matthæi. 5. Qui irascitur fratri. &c. Si ira non fuerit, nec doctrina proficit, nec iudicia stant, nec crimina compescuntur. Iusta ergo ira, mater est disciplinæ. Itaque non solum non peccat, qui cum causa irascitur: sed econtra, nisi iratus fuerit, 26 peccat. Quia qui in patientia irrationabilis est, vitia seminat, & negligentias nutrit: & non solum malos, sed etiam bonos inuitat ad malum. Melior est enim ira risu: quia per tristitiam vultus, corrigitur animus delinquentis. Ecclesiastic. 7. c. Vnde beatus Augustinus. 9. de ciuitate Dei. c. 5. In disciplina nostra, non tam queritur, vtrum pius animus irascatur, sed quare irascatur: nec vtrum sit tristis, sed vnde sit tristis: nec vtrum timeat, sed quid timeat. Irasci enim peccanti, vt corrigatur: contristari pro afflicto, vt liberetur: timere periclitanti, ne pereat: nescio vtrum quisquam sana consideratione reprehendat. Et ideo taliter bonum est arguere & irasci. Ecclesiasti. 20. in prin. 28 Nam & Saluator noster ideo

nobis indignatur, vt nos à peccato indignationis ſuæ terrore cõuertat. c. ſed & continuo. de poeni. diſtinc. 1.

29 ¶ E T illud Ciceronis .1. Offi. Obiurgationes, inquit, etiam nonnunquam incidunt neceſſaria, in quibus vtendum eſt fortasse & vocis contentione maiore, & verborum grauitate ac riorre: Atq; etiam illud ipſum, quod acerbitatis habet obiurgatio, ſignificandum eſt ipſius id cauſa, qui obiurgetur, ſuſceptum eſſe. Id agendum etiam eſt, vt nec ea facere videamur irati: ſed vt ad vtendum, & ſecundum, ſic ad hoc genus caſtigandi raro, inuitiq; veniamus: nec vnquam, niſi neceſſario, ſi nulla reperitur alia medicina. Sed tamen ira procul abſit, cum qua nihil rectè fieri, nihil conſideratè poſteſt. Hæc ille.

30 ¶ I L L V D etiam non omitendum eſt, quod quamuis ad immania & crudelia, ira Principis ſit reprobata. vt eo. c. cum apud Theſſalonicam. 11. q. 3. cum proprium Principis ſit clementia, vt inferius fuſius pertratabo: ad facta tamen memorabilia perficienda, quæ Regiũ ſtatum tangũt. Et vbi aliàs auctoritas & patrimonium Principis euer

teretur: iram Principis cū ſumma celeritate non ſolum neceſſariam, ſed laudandam iudico.

32 ¶ V T de Semiramide Babylo niæ Regina, tradit Valerius. li. 9. c. de ira. in fine: Namq; Semiramis Aſſyriorum Regina, cum ei circa cultum capitis occupatæ nuntiatum eſſet, Babylonem deſeciſſe: altera parte cri nium adhuc ſoluta, protinus ad eam expugnandam cucurrit, nec prius decorem capillorum in ordinem, quam tantam urbem in poteſtatem ſuam redegit. Quo circa ſtatua eius Babylone poſita eſt illo habitu, quo ad vltionem exigendam celeritate præcipiti tetendit. Hæc ille.

33 ¶ E T vt ad alia tranſitum faciamus, non omittenda putauit elegantia verba Plutarchi, de ſignis & effectibus iræ. Cum enim ſeruum nocentem & contumacem verberaſſet: illeq; proinde grauiter quereretur, ipſum talia iniuſtè perpeti ab irato, qui alios plurimum de ira arguebat. Plutarchus ait. Nunquid quod vapulas, tibi irarſci videor? Eſt naturæ ira mea, ſi à me debitum recipis, & ne vultu meo, an ex voce, an ex colore, an etiam ex verbis ira me corruptum intelligis, aut correptum: Mihi quidem,

vt opinor, neq; oculi truces ſunt, neq; os turbidum, neq; inani ter clamo, neq; in ſpumam ruboremq; ferueſco, Neq; pudenda dico, aut poenitenda: neq; omnino aut trepido ira, aut geſtis. Hæc omnia, ſi neſcis, ſigna irarum eſſe ſolent. Et ſimul ad eum, qui cedebat, conuerſus iterum: Interim, inquit, dum ego atq; hic diſputamus, tu hoc age: & ſine iracundia mea retunde ſer uilem cõtumaciam, & iniquum poenitere doceas quam iurgare. Hæc Plutarchus, in quo non parum eruditionis relictum eſt omnibus, qui in ſublimitate poſiti ſunt.

¶ E T in materia iracundiæ apud noſtros vidèdi ſunt Decius, Guil. Mayne. ac Hierony. Cagnol. in. l. quicquid calore iracundiæ. ff. de reg. iur. vbi amplè.

Ad clementiam pronum.

S V M M A R I V M.

1 N I L quidè eſt quod Principem magis commendat gentibus, quam clementia. Non placet in Principe vindicta ſui doloris: quæ eſt iuſtior fuerit, acrior videtur. 2 Ad clementiam pertinet temperantia in

3 vltione propriarum iniuriarum: vt ex Seneca colligitur. 4 Allegatur Cicero, docēs quod ſit officiũ Principis clementis. 7 Clementia in Principibus maximè eſt neceſſaria. vt ex CHRISTO Saluatore noſtro colligitur, & ex Seneca, Cicerone, & alijs uiris doctiſſimis. nu. 7. cum ſex ſequent. 12 Clementia hoc diſfert à miſericordia: quod illa eſt pars Iuſtitie, hæc autem eſt vitium oppoſitum Iuſtitie. 14 Traditur differentia inter hæc tria, veniam, miſericordiam, & clementiam. Venia eſt illicita: quia eſt debita poenæ remiſſio. 15 Venia non datur delinquentibus, niſi in caſibus à iure expreſſis. 19 Miſericordiam ſimpliciter ſumptam etiam eſſe illicitam, iuribus & rationibus demonſtratur. 24 Vbi miſcetur miſericordia cum ſeueritate, tunc dicitur benignitas & clementia. Opus miſericordie eſt, peccata dimittere. 25 Iuſta miſericordia, & iuſta clementia dicitur, quando quis iuſtè miſeretur. Miſcenda eſt lenitas cum ſeueritate: faciendumq; eſt ex vtroq; quoddam temperamentum. Neq; aut ſeueritatis aut clementie gloria affectanda eſt, ſed prout quæq; res expoſtulat, ſtatuumdum eſt. 26 Omnis qui iuſtè iudicat, ſtateram in manu geſtat. Per Iuſtitiam reddit peccati ſententiam: per miſericordiam peccati temperat poenam. 27 Moyſes in ſuo regimine vtrũq; miſcuit: vt nec diſcipline deſſet miſericordia, nec miſericordie diſciplina. 28 Inhumana Iuſtitia eſt, fragilitati hominum non ignoſcens. Iuſtitiam debet temperare moderatio. 29 Expenditur illud Terentij: Summum ius ſæpe ſumma malitia eſt. 30 Qui nimis emungit, elicit ſanguinem. 31 Exceſſus & defectus corrumpit omnia: medium autem ſaluat. 32 Omnia extrema ſunt vicioſa: & ex duobus

bus contrarijs fit optimum tempera-
mentum.

33 Clementiæ virtus mediocritatem ser-
uat in parcendo, vel in vlciscendo.

34 Innata dicitur esse Principib. clemētia.
Omnis lex est ad clementiam prona,

36 Misericordiæ ac clementiæ proximam
esse humanitatem, multis exemplis
plurimorū illustrium virorum demon-
stratur, hoc nu. 36. cum octo sequent.

45 Principes pietate, misericordia, & clemētia
vti debent.

46 Princeps clemens in futuro seculo vni-
uersalem Iudicē clementem inueniet.

47 Clementia, pietas, & misericordia, virtu-
tes sunt naturæ humanæ congruæ. Cru-
delitas verò contra naturam est, ma-
ximè in Principibus.

Traduntur quàm plures sententiæ de clemētia,
& eius contraria crudelitate,
à Seneca, Cicerone, Valerio Maximo
& ab Aristotele. hoc nu. 47. cum mul-
tis sequent.

NE C enim quicquā
est, quod Principē
melius commendet
gentibus, quàm cle-
mentia. Hæc Cæsarem deum fe-
cit, hæc Augustum consecrauit.
Non enim vnquā placet in Prin-
cipe vindicta sui doloris: quæ
etsi iustior fuerit, acrior vide-
tur. vt in epistola Antonini ad
Faustinam, quam latius loquens
de eius mira clementia, descri-
bit Vulcatius Gallicanus, in vi-
ta Auidij Calsij.

2 ¶ A D clementiam enim maxi-
mè pertinet temperantia in vl-
tionē propriarum iniuriarum.
Vnde Seneca. Quemadmodum

magni animi est, non qui de alie-
no liberalis est, sed ille qui quod
alteri donat, sibi detrahit: ita
clementem voco, non in alieno
dolore facilē, sed eum qui cum
suis stimulis exagitetur, nō pro-
flit, quia intelligit magni ani-
mi esse, iniurias summa patien-
tia pati, nec quicquā esse glo-
riosius, Principe impune læso.
Vltio duas res præstare solet:
aut solatium affert ei qui accipit
iniuriam, aut in reliquum secu-
ritatem. Principis maior est for-
tuna, quàm vt solatio egeat, ma-
nifestiorq; vis, vt alieno malo
sibi viriū opinionē quærat. Hoc
dico, cum ab inferioribus peti-
tus violatusq; est. Clemētia Prin-
cipem seruat, ne impatiētia vel
aliqua alia inordinata affectio
in vltionem præcipitet. Hæc il-
le, li. 1. de clementia, ad Nero-
nem. c. 20. & 21. in prin.

3 ¶ E T nihil est tam Regiū, tam
liberale, tamque munificum,
quàm opem ferre supplicibus,
excitare afflictos, dare salutem,
liberare periculis homines. vt
per Ciceronem. 1. de Oratore.

4 ¶ E T de Iulio Cæsare inquit Sue-
tonius. Moderationē, clemen-
tiamq; tum in administratione,
tum in victoria belli ciuilibus, ad-
mirabilem exhibuit, vt ex mul-
tis

tis comprobatur Suetonius ibi.

5 ¶ E T de Octauiano Augusto
inquit. Clementiæ ciuilitatisq;
eius multa & magna documen-
ta sunt: nec enumerarem quot,
& quos, diuersarū partium venia
& incolumitate donatos. Prin-
cipem etiam in ciuitate locum
tenere passus est: vt multis exē-
plis confirmat.

6 ¶ E T de Antonino Pio inquit
Iulius Capitolinus. Fuit vir for-
ma perspicuus, ingenio clarus,
moribus clemens.

7 ¶ Q V AE clementia maxi-
mè in Principibus est necessaria.
Vnde Dominus primum Prin-
cipem populi sui Moysen con-
stituit, qui erat vir mitissimus,
super omnes homines qui mora-
bantur in terra. vt habetur Nu-
mer. 12. c. Et. 3. Regum. 20. c.

8 dicitur: Audiuimus quod Re-
ges domus Israël clementes sunt.
Et Hester. 13. Voluit potentiae
magnitudine nequaquā abuti,
sed clementia & lenitate guber-
nare subiectos. Et misericordia
& veritas custodiunt Regem, &
roboratur clemētia thronus e-
ius. Prouerb. 20.

10 ¶ E T dicit Seneca: Ad cle-
mentem Regem nimium perti-

nere in hac tanta facultate rerū.
Non ira me ad iniqua supplicia
compulit, non iuuenilis impe-
tus, non temeritas hominum &
incontinentia: quæ sæpe tran-
quillissimis quoq; pectoribus pa-
tientiam extorsit. Clemētiæ est
causas parcendi quærere.

¶ E T Seneca: Nullum ex om-
nibus clementia magis quàm
Regem aut Principem decet.
Idem, Clementia efficit, vt in-
ter Regem & tyrannum discrimen
sit.

11 ¶ E T illud Ciceronis ad Cæsa-
rem. Inter tuas plurimas virtu-
tes, nulla nec gratior, admira-
bilior misericordia est. Homi-
nes enim ad deos nulla repropiti-
accedunt, quàm salutem homi-
nibus dando: nil habet mea for-
tuna tua maius, quàm vt possis:
nec natura tua melius, quàm
vt velis conseruare quàm pluri-
mos. pro Quinto Ligario in fi-
ne. de quo pulchrè meminit bea-
tus Augustinus. 9. de ciuitate
Dæi. c. 5.

12 ¶ A D V E R T E N D V M
tamen est, inter misericordiam
& clemētiā hoc interesse: Mi-
sericordia enim simpliciter sum-
pta, est vitium oppositum Iu-
stitiæ: clementia verò est pars
Iu-

Iuftitiæ. vt per Lucam de Pen. 19
in. l. duos. i. col. C. de fufceptor.
& archa. li. 10.

13 ¶ **A D** quod, vltra eum, illud
Ciceronis. 1. Offi. Nihil eft lau-
dabilius, nil magno & præcla-
ro viro dignius, placabilitate &
clementia: quæ ita probâda eft,
vt adhibeatur Reipublicæ cau-
fa feueritas, fine qua administra-
ri ciuitas non potest. Ad quod
l. refpiciendum. ff. de poenis.
& quæ dixi in verb. Seuerum.

14 ¶ **H A B E M V S** enim
tria: veniam, misericordiam, &
clementiam. Venia femper eft
illicita: Est enim venia, debitæ
poenæ remiffio: quæ reproba-
tur à iure. vt in. l. fi apparitor.
in fine. C. de cohartali. li. 12.
ibi. veniam enim talibus nõ per-
mittimus, nec indulgentijs cri-
mina fubleuamus. Hæc non da-
tur delinquentibus, nifi in cafi-
bus à iure expreffis. iuxta nota-
ta in. l. fi quis legatum. §. fi pa-
tronus. in glofa impetrata. ff. de

15
16
17
18
falf. Ignoscendo quidem malis,
neceffariò perduntur boni. di-
cit Saluftius in Iugurthino: in-
nocent esq; tradit exitio. c. eft
iniufta. 23. q. 4. Et qui funt ne-
quam: fiunt propter fpem ve-
niæ, nequiores. c. vt famæ. ex-
tra. de fenten. excom.

¶ **M I S E R I C O R D I A**
etiã simpliciter fumpta, eft il-
licita: neq; enim volûtate coër-
cet, neq; rationi fubijcitur. Iu-
ftitia meritum quærit, miseri-
cordia miferiam intuetur. Non
iudicat, fed afficit, non nititur
diffuffione, occasione conten-
ta: non enim exprimitur ratio,
vbi affectio trahit: vt ait beatus
Bernardus in epiftola. nam eft
vitium miferiæ. Habet enim a-
liquid, trahitq; ex ea: puta fi quis
mouetur ad lachrymas, aut ad
cordis mœftitiam, pro damna-
to aliquo, licet iuftè fupplicium
patiatur. Nemo enim parricide
aut proditoris fupplicio miseri-
cordia iuftè mouetur. vt ait Tul-
lius. 4. de Tufculanis quæftio.
Et ficut inuidere, ita nec misere-
ri, cadit in fapientem: & hoc fe-
cundùm Stoicos: & eft ægritu-
do animi de rebus alterius ad-
uerfis, vt per eum ibi eleganter
beatum Auguftinum eo. c. 5.
li. 9. de ciuitate Dei.

20 ¶ **F A C I T** textus elegans. l.
fi hominè. ibi. misericordia du-
ctus. & ibi. intempeftiuè miseri-
cordiam exercuit. ff. de pofiti. l.
eleganter. §. idem Labeo. vbi
bonus tex. ff. de dolo. c. 2. in fi-
ne. ibi. nullam in hoc miseri-
cordiam habituros. extra. de ma-
ledic. l. obferuandum. ibi. neq;
preci

21
22
precibus calamitoforū illachry-
mari oportet. ff. de offi. præfi.
& dicto. c. eft iniufta. Prætex-
tu quidem eleemofynæ non de-
bemus, quod iniuftum eft, iu-
dicare. dicit Hieronymus ad Sa-
binam. Et Exodi. 23. dicitur:
Pauperis in iudicio non misere-
beris: neq; enim eft miseri-
cordia, vni parcere, & alios in di-
fcrimen adducere. c. fed illud.
45. diftin.

23 ¶ **Q V A E** enim effet ipfa bo-
nitas inimica Iuftitiæ, palpare
criminofos, & vulnera eorum
vſq; in diem iudicij incurata fer-
uare? c. fi quis diaconus. 50.
diftin.

24 ¶ **V B I** autem mifcetur miseri-
cordia cum feueritate, hæc di-
citur benignitas & clementia. c.
Vide benignum Dominum, mi-
fericordiã cum benignitate mi-
fcentè, & ipſius poenæ modum
iufta & clementi deliberatione
penſantem. de poeni. diftin. 1.
Ipſe enim Deus altiffimus, qui
mifericors eft, ficut conſeruat
mifericordiam in Iuftitia, ita &
Iuftitiam in mifericordia. Opus
enim eft mifericordiæ, peccata
dimittere, fed oportet vt iuftus
mifereatur iuftè. c. quem poeni-
tet. de poeniten. diftin. 1.

25 ¶ **E T** in fuma dicitur iufta

mifericordia, & iufta clemētia,
quando quis iuftè miferetur.
Et clemens eft, mifcendo Iufti-
tiã cum mifericordia & clemen-
tia. c. difciplina. 45. diftin. l.
refpiciendum. ff. de poenis. Mi-
fenda eft ergo lenitas cum feue-
ritate: faciendumq; eft quod-
dam ex vtroq; temperamētum,
vt neq; multa afperitate exulce-
rentur ſubditi, neq; nimia beni-
gnitate ſoluātur. Nec enim aut
feueritatis aut clementiæ gloria
affectanda eft, fed perpenſo iu-
dicio, prout quæq; res expoſtu-
lat, ftatuendum eft. vt dictis iu-
ribus, & de mifericordia à Prin-
cipe ſeruanda, videnda eft om-
nino elegans. l. Regia. 2. tit.
10. Parti. 2. quæ etiã citat quod
habetur Pfalmo. 84. Mifericor-
dia & veritas obuiauērent ſibi:
Iuftitia & pax ofculatæ funt.

26 ¶ **O M N I S** enim qui iuftè iu-
dicat, ftateram in manu geſtat.
In vtroq; penſo Iuftitiam & mi-
fericordiam portat: fed per Iu-
ftitiam, reddit peccati ſenten-
tiam: per mifericordiam, pec-
cati temperat poenam, vt iufto
libramine quædam per æquita-
tem corrigat, quædam verò per
miferationem indulgeat. Qui
Dei Iuftitiam oculis ſuis pro-
ponit. eo. c. omnis qui. 45. di-
ftinct.

¶ Et

- 27 ¶ E T in regimine Moyfes vtrumq; miscuit, vt nec disciplina deesset misericordia, nec misericordiae disciplina. in eo. c. disciplina. prope finem. Scriptum est enim: Noli esse multum iustus. Ecclesiasti. 7. vbi glo. dicit: Summum ius, summa iniustitia. Ibi etiã dicit beatus Hieronymus: Si quem rigidum & trucem ad omnium fratrum peccata conspexeris, vt nec in sermone peccanti, nec propter naturalem interdum pigritiam moranti, det veniã: hunc scito plus iustũ esse, quã iustum est.
- 28 ¶ I N H V M A N A iustitia est, fragilitati hominum non ignoscens. c. serpens. de poeniten. distinc. 1. &. Noli esse nimis iustus. Iustitiam enim debet temperare moderatio, dicit tex. in eo. c. serpens. quod quidem verbum habet operari diminutionem, non augmentum. c. fi. cum ibi nota. in glo. in verb. moderationis. extra. de verb. signifi.
- 29 ¶ A D idem etiam illud Terentij: Verum illud dicunt, ius summum saepe summa malitia est. & Proverb. 10. Labia iusti considerant placida: & os peruerforum & impiorum peruersa.
- 30 ¶ Q V I autem nimis emungit, elicit sanguinem. c. deniq; 4. distinc. c. nisi cum pridem. §. propter autem malitiam. in fine. extra. de renuntia. Nimia quidem Iustitia interdum albuginem parit in oculo. c. hinc etiam §. albuginem. 49. distin. Scriptum est enim: Ponam in pondere iudicium, & Iustitiam in mensura. Esaia. 28. &. eo. c. omnis qui. 45. distinc.
- 31 ¶ S V P E R A B V N dantia vero & defectus corrumpũt omnia, mediũ autem saluat. vt dicitur. 2. Ethico. Et sicut nimia scientia inflat, charitas autẽ edificat. in eo. c. nisi. §. pro defectu. ita & nimia Iustitia superbiam parit, pietas autem edificat ad salutem. 45. distinct. vera Iustitia.
- 32 ¶ O M N I A enim extrema sunt vitiosa: & ex duobus contrarijs fit optimũ temperamentum. Imol. & Paul. Castren. per illum tex. in .l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obliga.
- 33 ¶ C L E M E N T I A E enim virtus, mediocritatẽ seruat in parcendo, vel in vlciscendo. Seneca: Tam omnib; ignoscere crudelitas est, quã nulli: medium tenere debemus. Sed quia difficile

- cile temperamentũ est, quicquid plus æquo futurum est, in humaniorem partem præponderet.
- 34 ¶ E T Principibus dicitur, innata clementia. l. his quidem. §. monente tamen innata nobis clementia. C. qui milita. pos. vel non. li. 12. Quãtũ humanæ naturæ possibile est, Dei benevolentiam, ac circa genus humanum nimiam clementiam imitantes, inquit. l. Imperialis. C. de nupti. Et omnis lex est ad clementiam prona. §. quoniam vero. in authen. de exhiben. reis. 37. colla. 5.
- 35 ¶ E T semper aliquid clemens considerant ac definiunt. vt in §. consideremus. in authen. de trien. & semis. colla. 3. Vnde & prouerb. vltimo. c. dicitur. Lex clementiæ in lingua eius. Facit tex. in .l. si cum exceptione. §. satis enim clementer cum reo prætor egit, vt daret ei restituendi facultatem. ff. quod metus cau.
- 36 ¶ M I S E R I C O R D I A E autem, pietati, ac clemẽtiæ proxima est humanitas, quam pluribus exemplis adornat Valerius Maximus, li. 5. c. 1. de humanitate: quorum aliqua hic inferere visum est, præsertim illud de Cn. Pompeio cum Rege Arme-
- nia Tigraue, de quo Valerius, Ne de Cn. Pompeij clemẽtia taceam. Regem Armeniae Tigranem, qui & per se magna bella cum Populo Romano gesserat, & infestissimũ vrbi nostræ Mithridatem Ponto pulsũ, viribus suis protexerat, in conspectu suo diutius iacere supplicem passus non est: sed benignis verbis recreatum, diadema, quod abiecerat, capiti reponere iussit: certisq; rebus imperatis, in pristinum fortunæ habitum restituit: æquẽ pulchrum esse iudicans, & vincere Reges, & facere.
- 38 ¶ E T de Cæsaris in Pompeium commiseratione ac humanitate, Quã præclarum, inquit, tributæ humanitatis specimen. Cn. Pompeius, quã miserabile desideratæ idem eua sit exemplum? Nam qui Tigranis tempora insigni Regio texerat, eius caput tribus coronis triũphalibus spoliatum, in summo terrarum orbe, nusquã sepulturæ locum habuit, sed abscissum a corpore, in ops rogi, nepharium Aegyptiæ perfidiæ portatum munus est, etiam ipsi victori miserabile. Vt enim id Cæsar aspexit, oblitus hostis, socreri vultũ induit, ac Pompeio tum proprias, tum etiã filiæ suæ lachry-

lachrymas reddidit. Caput etiā plurimis, & pretiosissimis odoribus cremādum curauit: quod si nō tam mansuetus animus diuini principis extitisset, paulō antē Romani Imperij columnen habitum (sic mortalium negotia fortuna versat) inhumatum iacuiisset.

39 ¶ E T de Alexandro Rege, cuius vt infinitam gloriam bellica virtus, ita præcipuum amorem clementia meruit. Is, dum omnes gentes infatigabili cursu frustrat, quodam loco niuali tempestate oppressus, senio iam confectum militem Macedonem, frigore obstupefactum, ipse sublimi, & propinqua igni sede sedens, animaduertit: factaq; non fortunæ, sed ætatis vtiusq; æstimatione, descendit: & illis manib; quibus opes Darij afflixerat, corpus frigore duplicatum in suam sedem imposuit: id ei salutare futurum ducens, quod apud Persas capitale extitisset, folium Regium occupasse: Quid ergo mirum est, si sub eo duce tot annis militare iucundum ducebant, cui gregarij militis incolumitas proprio fastigio charior erat?

40 ¶ I D E M non hominum vlli, sed naturæ, Fortunæq; ccedens,

quanquā violentia morbi dilabebatur, in cubitum tamen erectus, dextram omnibus, qui eam contingere vellent, porrexit. Quis autē illam osculari non curaret, quæ iam fato oppressa, maximi exercitus complexui, humanitate, quā spiritu inuidiosiore suffecit? Hęc ille:

41 ¶ E T de Pyrrho Rege: Aequè mitis, inquit, animus Pyrrhi Regis audierat apud quosdam in conuiuio Tarētīnorum parum honoratum de se sermonem habitum: accersitos qui ei interfuerunt, percontabatur an ea, quæ ad aures eius peruenerant, dixissent. Tum ex his vnus inquit, Nisi nobis vinum defecisset, ista, quæ tibi relata sunt, præijs quæ de te locuturi eramus, lusus ac iocus fuissent. Tam vrba na crapulæ excusatio, tamque simplex veritatis cōfessio, iram Regis conuertit in risum.

¶ Q V A quidem clementia & moderatione affectus est, vt & sobrij sibi Tarētini gratias agerent, & ebrij bene precarentur. Ad quod tex. elegans in .l. vna C. si quis Imperator maledixerit. & in .l. famosi. versi. hoc tamen .ff. ad legem Inl. maiestatis.

42 ¶ A B eadem, subiungit, altitudine

tudine humanitatis legatis Romanorum, ad redimendos captiuos, castra sua petentibus, quò tutius venirent, Lyconem Molossum obuiam misit: quò honoratius exciperentur. Ipse cum ornatu equitum extra portam occurrit: secundarum rerum prouentu non ad eò corruptus, vt officij prospectum in ijs deponeret, qui tum maxime armis cum eo dissidebant.

43 ¶ E T humaniorem sententiam pro durioribus sequi, satis abundeque Imperiale est. l. fi. C. de. com. ser. manumif. in fine. Et nihil aliud tam peculiare est Imperiali Maiestate, quā humanitas, per quam sola Dei seruatur imitatio. l. fi. C. de dona. inter vir. & vxor.

44 ¶ H I S exemplis quæ supra congesta sunt, & summi Principis Dei exemplo, quem imitari tenentur Principes, vt in .6. arripiat. versi. solummodo. in authen. vt omnes obediant Iudici. prouinciarum. colla. 5. de quo dicitur Ioel. 2. Conuertimini ad Dominum Deum vestrum, quia benignus & misericors est, & patiens, & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitiam. Et Sapientiæ. 11. Misereris omnium, quia omnia po-

tes: & dissimulas peccata hominum propter poenitentiam. Et eodem. c. in fine. Parsis autem omnibus, quoniam tua sunt Domine qui amas animas.

45 ¶ P R I N C I P E S pietate, misericordia, ac clementia, vt supra declaratum est, vti debent. Si enim Deus placabilis est, & delicta potentum non statim vulneribus persequitur: quantò equius est, hominem homini præpositum miti animo exercere imperium? vt inquit Seneca.

46 ¶ C L E M E N T I A enim facit, vt Princeps temporalis in futuro seculo vniuersalem Iudicem clementē inueniat. iuxta illud Lucæ. 7. In quacunq; mensura mensi fueritis, remetietur vobis. glo. in. l. rem non nouam. in verb. iudicabūtur. C. de iudi. Et Prouerb. 11. Clementia præparat vitam, scilicet æternam.

47 ¶ H I S omnibus aduersa crudelitas. Cū enim clementia, & reliqua, de quibus superius meminimus, sint naturæ humanæ congrua: crudelitas contra naturam est, maxime in Principibus. Seneca. li. 1. de clement. ad Cæsarem. c. 26. Quid istud delectari sono cathenarū, quocunq;

R

cunq;

cunq; ventum est multum sanguinis effundere aspectu suo terere & fugare. Quæ alia vita esset, si vrsi leonesq; regnarent? Si serpentibus in nos, ac noxiosissimi mo cuique animali daretur potestas? Ipsa rationis expertia, natura suis abstinent, & tuta est etiam inter feras similitudo morum. Nec est etiam animalium vnus speciei vt se comedant, inquit Aristo. excepto niso: qui cum omnis auis apta ad prædam, venetur prædam alterius speciei: solus nifus huius generositatis expers est: Nulla enim auis interimitur ab alia eiusdem generis, præterquã cuculus, qui interimitur ab accipitre. Aristo. li. sexto de Animalibus.

49 ¶ ET Seneca. Ferina rabies est sanguine gaudere, ac vulnerib; & abiecto homine in syluestre animal transire. eodem tit. de clementia. c. 24.

50 ¶ IDEM Seneca. Non minus turpia sunt Principi multa supplicia, quàm Medico multa funera. Idem eo. li. i. de clemen. ad Cæsarem. c. 24.

¶ ET .2. ad Corinthios. 10. Potestatem dedit nobis Deus in ædificationem, & non in destructionem nostram.

51 ¶ ET de re tam nefanda referre sufficiat pulchra verba Valerij Maximi. lib. 9. c. 2. Crudelitatis verò horridus habitus, truculenta species, violenti spiritus, vox terribilis, omnia minis & cruentis Imperijs referta: cui silentium donare, incrementum est adijcere. etenim quem modũ sibi ipsa statuet, si ne sugillationis quidem frenis fuerit reuocata? ad summam, cum penes illam sit temeri, penes nos sit odisse. Hæc ille.

52 ¶ OMNIBVS enim est odio crudelitas, & amor pietas & clementia. Cice. C. Cæsio, fam. lib. 15. Et hominum naturæ maximè est inimica crudelitas, vt per eundem. 3. Officio.

53 ¶ NEC omittenda sunt singularia carmina Claudiani de clementia Principis, ita loquentis.

*SIT piger ad pœnam Princeps, ad præmia velox:
Et doleat quotiès cogitur esse ferox.
Sit pius in primis, nam cum vincamur in omni
Munere, sola deos aequat clementia nobis.*

Et illud,
*Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit,
Occurrat, mētēq; domet respectus honesti.*

¶ Cle-

54 ¶ CLEMEN TIA enim est temperantia animi, cum potestate vlciscendi: & huic opponitur crudelitas, quæ est animi atrocitas in pœnis exigendis. Nō autem opponitur seueritas, cum virtus non opponatur virtuti. Officium enim Principis est quodammodo parētis, qui obiurgare quandoq; liberos, non nunquã plaudere seu blãdiri, non nunquã minari solet, aliquid quando admonere verberibus; sed plus est quod timet, quàm quod damnat. Nemo enim iustus ad remedia sumenda peruenit, nisi qui remedia consumpsit: vt hæc & alia pulchrè & singulariter scribit Ioannes Faber in Breuiario. C. in. l. i. super verb. clementiæ nostræ. C. de summatrini. & fide catho. Nec silere oportet elegantia verba Bal. in. c. i. in verb. Imperialis clementiæ. ex tex. ibi. in tit. de pace Cōstan. Facit tex. in. l. si quod extra ordinarium. ibi. nostræ clementiæ auribus. C. de legatio. li. i. o. cum similibus. Et videndus omnino Seneca li. i. & .2. de clementia, ad Neronem, vbi eleganter eam rem differit.

56 ¶ ET quod inquit Aristote. ad Alex. in. li. de regimine Principum. c. de Regis Iustitia: O Alexander frequēter monui te,

& adhuc moneo, quod tu meam custodias doctrinam: quam si seruaeris, tuum propositum consequeris, & Regnum tuum durabile permanebit. Vide ne per te sanguis humani generis fundatur: quonia hoc soli Deo conuenit. Noli ergo assumere diuinum officium. Caue igitur, quantum potes, sanguinem effundere humanum: quia scripsit Doctor egregius Hermogenes: Quando creatura interficit creaturam sibi similem, omnes virtutes cœlorum clamant ad diuinam Maiestatem, dicentes: Domine Domine, seruus tuus vult esse similis tibi: & Creator excelsus respondet: Ille qui interfecit, interficietur: Mihi vindictam, & ego retribuam: & omnes virtutes cœlorum in suis laudibus, petunt vindictam de morte interfecti, donec vindicta sumatur. Caueant igitur Principes & Iudices interficere facere homines, nisi ritè & rectè: tunc enim sunt ministri Dei, ad Iustitiam faciendam. c. homicidas. 23. q. 5. vt hæc & alia signanter scribit Matthæus de Afflictis, in Constitut. Regni Siciliae, in constitutione.

terminum vitæ. i. notabili. nu. 6.

R 2 Inad-

In aduersis firmū,
in prosperis cautū.

S V M M A R I V M

- O**PORTET Principem in aduersis firmum, & in prosperis cautum esse.
- 1 Magna vis Fortunæ est, & in secundis, & in aduersis rebus.
- 2 Princeps nec secundis rebus summè delectari, nec aduersis affligi, admonet Philosophus.
- 4 Vt secundam moderatè tulimus: sic aduersam Fortunam fortiter ferre debemus: vt multis in locis docuit Cicero hic allegatus.
- 6 Vtranq; Fortunā moderatè ferre, magnanimi hominis esse, docet idem Cicero.
- 11 In aduersis oportet nos triplici consolatione sanari, de quibus hic.
- 12 Marcus Antoninus Philosophus tanta fuit tranquillitatis, vt vultū nunquam mutauerit moerore vel gaudio.
- 13 Oportet nos meminisse homines esse, ea lege natos, vt omnibus telis Fortunæ proposita sit vita nostra.
- 14 Sapienter cogitant, qui tēporibus secundis casus aduersos reformidant.
- 15 Ei multum non potest obesse fortuna, qui sibi firmius in virtute, quā in casu, præsidium collocavit.

- 1 **M**A G N A vis Fortunæ est in vtranq; partem, vel ad secundas res, vel aduersas. Nam & cum prospero flatu eius vtimur, ad optatos exitus prouehimur, & cum reflauit, affligimur. Cicero. 2. Offi.
- 2 Principes tamē quos excelsi animi ac inuictissimi esse oportet,

nec secundis rebus summè delectari, nec aduersis affligi admonet Philosophus: vt de. L. Anonio Antonino inquit Eutropius de gestis Romanorum li. 8. ibi. à principio vitæ tranquillissimus, adeo vt ab infantia quoq; vultum, nec ex gaudio, nec ex moerore mutauerit.

4 ¶ V T enim secunda moderatè tulimus: sic non solum aduersam, sed funditus euersam Fortunam fortiter ferre debemus: vt hoc saltem in maximis malis boni consequamur. Cicero Messino, epistol. famil. li. 5.

5 ¶ I D E M Cicero. 1. Offi. in rebus prosperis, & ad voluntatem nostram fluentibus, superbiam magnoperè, fastigium, arrogantiamq; fugiamus. Nam vt aduersas res, ita & secundas immoderatè ferre, leuitatis est. Præclaraq; est æquabilitas in omni vita, idē semper vultus, eadēq; frons: vt de Socrate, item de Caio quoq; Lælio accepimus.

6 ¶ E T hæc est propriè magnanimitas & fortitudo, de quibus supra latius egimus, iuxta illud eiusdem Ciceronis. 1. Offi. Ea quæ eximia plerisque, & præclara videntur, parua ducere, eaque ratione stabili firmaque contemnere, fortis animi, magniq;

gniq; ducendum est. Et ea, quæ videntur acerba, ita ferre, vt nihil à statu naturæ discedas, nihil à dignitate sapiētis: robusti animi est, magnæq; constantiæ.

7 ¶ E T illud est fortitudinis proprium & magnitudinis animi, nihil extimescere, omnia humana despiciere, nil, quod homini accidere possit, intolerandum putare. Idem. 3. Officio.

8 ¶ M A G N A q; laus & admirabilis videri solet, tulisse casus sapiētè aduersos, non fractū esse fortuna, retinuisse in rebus asperis dignitatē. Idē. 2. de Oratore.

9 ¶ H O M I N E S enim magno animo, erectoq; viuentes, semper sunt beati: qui omnes motus fortunæ, mutationesq; rerum & temporum leues & imbecilles fore intelligant, si in virtutis certamen venerint. Cicero. 5. de finibus.

10 ¶ Q V I enim magno animo est atq; forti, omnia quæ cadere in hominem possunt, despiciunt, & pro nihilo putat: atq; iste vir altus & excellēs magno animo moverè fortis, infra se omnia humana ducit. Cice. 3. de finib.

11 ¶ E T in aduersis oportet nos

triplici consolatione sanari: Primum, quod posse euenire, diu cogitauerimus: Deinde quod humana ferenda intelligamus: Postremo, quod existimemus nullū malum esse, nisi culpam: culpam autem nullam esse, cum id quod a nobis præstarinon potuerit, ne eueniret, eueniret. Et in summa, nihil est quod tam obtundat, eleuetq; molestias: quā perpetua in omni vita cogitatio, nihil esse quod accidere non possit. Cicero. 3. Tusculan. quaestio. Hæc est enim illa præstans & diuina sapiētia: perceptas penitus & pertractatas humanas res habere: nihil admirari, cum acciderit: nihil, antequam eueniret, non euenire posse, arbitrari: vt per eundem eo. li. 3. Tusculanar. paulò superius: & præter culpā aut peccatū homini accidere nihil posse, quod sit horribile ac pertimescendum, inquit Cicero Messino, epistol. lib. 5.

12 ¶ E T de Marco Antonino Philosopho inquit Iul. Capitolinus: Erat enim ipse tantæ tranquillitatis, vt vultum nunquam mutauerit moerore vel gaudio. Et is beatus est, cui nihil humanarū rerū aut intolerabile ad demittendū animū, aut nimis letabile ad efferedū, videri potest. Cice.

4. Tufculanar. quæftion.

13 ¶ **E**T alibi: Homines nos effe meminerimus, ea lege natos, vt omnibus telis Fortunæ propofita fit vita noſtra: neq; effe recufandum, quominus ea, qua nati fumus, cōditione vitamus: neue tam grauiter eos caſus feramus, quos nullo conſilio vitare poſſumus: euentisq; aliorū memoria repetendis, nihil accidiffe noui nobis cogitemus. Cicero epiſto. familia. li. 5. Cicero in quā Titio. Et meminiffe oportet, nos homines ac viros effe, id eſt, vt communem incertūq; caſum, quem neque vitare quifquā noſtrum, neq; præſtare villo pacto poteſt, ſapienter ferat: & dolori fortiter ac fortunæ reſiſtat. Idē Cicero. P. Sextio. P. filio, eo. li. 5. epiſtolarum.

14 ¶ **S**A P I E N T E R tamen cogitant, qui temporibus ſecundis caſus aduerſos reformidant. Idem Cicero. 4. ad Herennium. Et omnes cum ſecūdx res ſunt, tum maxime ſecum meditari oportet, quo pacto aduerſam ærumnam ferant. Cicero. 3. Tuſculan. quæſt. Quāto enim maior eſt Fortuna, tantò minus eſt ſecura, inquit Ariſto. 8. Ethico.

15 ¶ **I**L L V D tamen in ſumma

perpetuū limentī commendantū eſt: Eī non multum poſſe obeſſe Fortunā, qui ſibi firmius in virtute, quā in caſu, præſidium collocauit. vt per eundem Cice. 4. ad Herennium: quod & ſatis ſenſit Philoſophus dum inquit, in proſperis cautum. Et eū tibi alludit vitæ proſperitas, tunc te velut in lubrico retinebis, ac ſiſtes, nec tibi dabis impetus liberōs, ſed circunſpicias quo eūdum ſit, vel quouifq; idem Seneca de quatuor virtutibus, dum agit de prudētia, inſi.

16 ¶ **H**A E C Tullius Cicero: cuius orationes & verba, etiā per Iuriſconſultos, non demeruerunt apponi in legum voluminibus. l. 2. §. poſt hos fuerunt. in ſine. ff. de origi. iuris. l. Cicero. ff. de poenis. l. in quæſtionibus. ff. ad legem Iuliam maieſta. l. litus eſt. ff. de verbor. ſignifi. vt de Saluſtio inquit textus in. c. ſi. 4. r. diſtinct. & conueniunt quæ in ea re ſcribūt interpretes Bartol. Alex. & Iaſ. in. l. 1. ff. ſi cer. peta. & poſt eos recentiores.

Omnib⁹ prodeſſe debet, & nemini nocere.

Sum-

S V M M A R I V M.

- 1 **P**R I N C E P S omnibus prodeſſe debet, & nemini nocere.
 - 2 Principibus ſtudendum eſt, vt in cuiuſquā iniuriam beneficia non concedant alicui.
 - 3 Omne ſtudium Principis eſſe debet, vt ſubditi omnes à Deo ſibi crediti, bene viuant.
 - 4 Vir bonus eſt, qui prodeſt quib⁹ poteſt, nocet autē nemini.
 - 5 Sententia Cypriani eſt, Regem non iniquum, ſed iniquorum correctorem eſſe oportere.
- In eandem ſententiam quā plurima iura expenduntur: & Ciceronis, aliorumq; illuſtrium virorum ſententiæ referuntur, vſq; ad ſinem huius operis.

- 1 **H**OC eſt ſtudium Principis, vt inquit Imperator in. §. 1. in prin. ibi. Et circa leges, ſtudium, & alia omnia à nobis ideo quotidie cum labore aguntur, vt vtilitatem noſtris ſubiectis inueniam⁹. in authen. de eccleſiaſticarum rerum immob. alienatio. colla. 5. nec in cuiuſquā iniuriam beneficia tribuere moris eſt noſtri, inquit tex. in. l. nec auus. C. de mancipatio. libero. Et ſi quis à Principe ſimpliciter impetrauit, vt in publico loco ædificet, non eſt credendus vt ſic ædificare concedat, vt cum incommodo alicuius id fiat. l. 2. §. ſi quis à Principe. cum glo. in verb. ſic conceditur, quæ multa iura ad hoc

expendit: ff. ne quid in loco publico. & eadem. l. 2. §. merito. ibi. nam quotiescumq; aliquid in publico fieri permittit: ita oportet permitti, vt ſine iniuria cuiuſque fiat. Et ita ſolet Princeps, quoties aliquid noui operis inſtituēdum petitur, permittere: cum mille ſimil. quæ nota ſunt.

- 3 ¶ **A**D præmiſſa etiam tex. in §. 1. ibi. vt communem omnibus præſtet, in quibus opus habent, vtilitatem. in authen. de hæredi. & falci. colla. 1. Et, quicquid ad vtilitatem & ornatum reſpicit, à Deo traditē nobis Rei publicæ, hoc ſemper cogitantes, ad effectū deducere ſeſtinamus. in authen. conſtitutio quæ de dignitatibus. in prin. colla. 6. & in prin. in authen. de quæſtore. colla. 6. Cū Dei auxilio ſemper omnē facimus prouidentia, vt ſubiecti ab eius clementia traditi nobis, illæ ſi ſeruentur. & §. 1. ibi. Quæcunq; ad vtilitatem noſtrorum collatorum pertinent. in authen. de collator. colla. 9. & in §. 1. ibi. communem omnibus deponere medicinam. in authen. nullum credentem agricolæ. colla. 4. & Omnibus hominibus qui rectē ſapiunt, manifeſtū eſſe putamus, quia omne nobis ſtudium eſt & oratio, vt

R 4 cre-

crediti nobis à Domino Deo bene viuant. in authen. vt non luxurientur contra naturam. colla. 6. & Studemus, inquit Imperator, omnes subiectos nostros, quorum regimen credidit nobis Deus, illæfos & sine calumnia custodire. & Subiectorum nostrorum interpellationes legum nobis præbent occasionem, pro salute subditorum conscribendarum. in authen. de appellatio. in prin. colla. 8. & Voluntarios labores appetimus, vt alijs quietem præparemus. Vnde ad vniuersorum vtilitatem pertinere perspeximus. &c. inquit Imperator in authen. vt diuinæ iussiones suscrip. habeant gloriosissimi quæsto. colla. 8.

¶ **E** T ultra omnia superius tradita, videndus est omnino tex. elegans, cuius verba superius inserui, in .§. i. in authen. vt Iud. sine quoquo suffra. colla. 2.

4 ¶ **V** I R enim bonus est, qui prodest quibus potest: nocet autem nemini. Cicero. 3. Offi.

5 ¶ **A** D summam non omittenda sunt singularia verba Cypriani, li. de duodecim gradibus abusionum, vbi ait: Regem non iniquum, sed correptorem ini-

quorum esse oportet. Inde in semetipso dignitatem sui nominis custodire debet. Nomen enim Regis hoc intelligitur, hoc retinet, vt subiectis omnibus, rectoris officium præeuret: quoniam in Iustitia Regis exaltabitur solium: & in veritate solidabuntur tabernacula populorum. Iustitia vero Regis est, neminem iniuste per potentiam opprimere, sine personarum acceptione: inter virum & proximum suum, iuste iudicare: aduenis, pupillis, & viduis, defensorem esse: cohibere furta, adulteria punire: iniquos non exaltare, impudicos & histriones non nutrire: impios de terra perdere: patricidas, & prauè viuentes, viuere non sinere: ecclesias defendere: pauperes eleemosynis alere: iustos super Regni negotia constituere: senes, & sapientes, & sobrios Consiliarios habere: magorum, & ariolorum, phytonisfarumque superstitionibus non intendere: iracundiam differre: patriam fortiter, & iuste, contra aduersarios defendere: per omnia se Deo conformare: prosperitatibus animum non eleuare: cuncta aduersa pariter, & patienter tolerare: filios suos non sinere impiè agere: certis horis orationi insistere: Hæc Regis prosperitatem in presenti faciunt,

unt, & Regem ad coelestia Regna ad meliora perducunt. Et infra. Super omnia Regis iniustitia non solum præsentis imperij fuscet, sed etiã filios suos & nepotes, ne post se hæreditatem teneant, obscurat. Propter piaculum enim Salomonis, Regnum Israël Dominus de manibus filiorum suorum disperfit: & propter Iustitiam Regis Dauid, lucernam de femine eius in Hierusalem semper reliquit. teste Luca de Pen. in. l. Iudices. col. penul. versu. & licet iam terminos. & col. seq. C. de dignita. li. 12. quæ verba sunt pulcherrima: licet in operibus Cypriani, quæ diligenter vidi & perlegi, ea inuenire nequiverim: sunt tamen verissima, & perpetuo menti commendanda.

6 ¶ **Q** V I B V S cõsentanea sunt pulchra verba, quæ de vera felicitate Regum ac Principum pulchre tradit beatus Augustinus, li. 5. de ciuitate Dei. c. 24. Neque nos, inquit, Christianos quosdam Imperatores ideo felices dicimus, quia vel diutius imperarunt, vel Imperatores filios morte placida reliquerunt, vel hostes Reipublicæ domuerunt, vel inimicos ciues aduersum se insurgentes, & cauere & opprimere potuerunt. Hæc & alia huius-

modi animumpofa vitæ, vel muneræ, vel solatia, quidam etiam cultores demonum accipere meruerunt, qui non pertinent ad Regnum Dei, quod pertinent ista. Et hoc ipsius misericordia factum est, ne ab eo qui in eum crediderunt, ista velut summa bona desiderent. Sed felices eos dicimus, si iusta imperant: si inter linguas sublimiter honorantium, & nimis honorabiliter salutantium, & obsequium nimis humiliter seruientium non extolluntur: si suam potestatem ad Dei cultum dilatandum, maiestatiq; eius seruiendum famulam faciunt: si Deum timent, diligunt, colunt: si plus amant regnum illud, vbi non timent habere cõsortes: si tardius vindicant, facile ignoscunt: si eandem vindictam pro necessitate regenda quendaq; Reipublicæ non pro fatuandis inimicitiarum odijs exerunt: si eandem veniam non ad impunitatem iniquitatis, sed ad spem correctionis indulgent: si quod asperè coguntur plerumq; decernere, misericordiæ lenitate & beneficiorum largitate compensent: si luxuria in eos tantò castigatior, quantò potest esse liberior. Et si hæc omnia faciunt, non propter ardorem inanis gloriæ, sed propter charitatem felicitatis æternæ:

De Maiesta Prin.

næ: si propter peccata sua humilitatis, & miserationis, & orationis sacrificium Deo vero immolare non negligunt. Tales Christianos Imperatores dicimus esse foelices: Interim spe, postea re ipsa futuros, cum id quod expectamus, adueherit. Hæc ille.

Q U O V A M DEUS V S C H R I S T V S Dei filius, hic & in coelesti Regno tibi præstet, Princeps Serenissime: qui viuit & regnat cum Deo Patre in vnitate Spiritus sancti Deus: per omnia secula seculorum

F I N I S.

Summo Deo laus, honor, & gloria.

V A L L I S O L I T I

Excudebat Adrianus Ghemartius

M . D . L X V I I I .



RERVM MEMORABILIVM, quæ in hoc opere continentur, INDEX.

A



- Abolutus ab excommunicatione, ad reincidentiam sub certa conditione apposita in sententia absolutionis: si non adimpleat conditionem, reincident ipso iure in excommunicationem. fo. 87. nu. 132.
- Acceptio personarum non debet esse apud Principem. fo. 115. nu. 1.
- Accusatores multos esse in Ciuitate vtile est. fo. 91. nu. 160.
- Acetum nervos indurat. fo. 23. nu. 87.
- Actorem carentem actione, & litigantem calumniosum, & libellum, tenetur Iudex repellere. fo. 88. nu. 130. alias Iudex sciens tenetur parti ignorantem ad interesse. ibid, nu. 132, si præsumptio calumniæ magna sit: fecus si leuis. fo. 89. nu. 137.
- Actori fauendum in principio litis, in medio vtriq; in fine reo. fo. 115. nu. 3.
- Actum valere parte non citata, vbi constat parti nullam defensionem competere. fo. 84. nu. 98.
- Adam & Euam, legis transgressores, Deus puniuit. fo. 97. nu. 11.
- Adoratio qualiter Principi exhiberi dicitur. fo. 5. nu. 31.
- Adrianus Imp. equo, armis, & pilo se semper exercuit. fo. 11. nu. 8.
- Aduersis rebus rarior fides est. fo. 70. nu. 29.
- Adulatores destruunt Curias Principum. fo. 118. nu. 12.
- Adulterum militem cum vxore hospitis qualiter Aurelianus Imp. correxit. fo. 22. nu. 79.
- Aduocatum vitam rectè vtentium legibus, magis fructiferam esse quam Religioforum. fo. 97. nu. 10.
- Agrigētini Gilliæ liberalitas. fo. 108. nu. 8.
- Alarde, seu monstra, vel resigna, quo tempore, & ob quam causam fieri debet. fo. 14. nu. 27. & fo. 30. nu. 134.
- Alemanni. fo. 13. nu. 20.
- Alexander Seuerus Imp. doctos & discretos adhibebat, cum de Iure aut negotijs tractaret: senes verò & bellorum peritos, cum de armis. fo. 45. nu. 6. & fo. 59. nu. 14.
- Alexand. Seuerus fures maximo odio prosequutus est. fo. 103. nu. 11.
- Alex. Seuerus magnus in armis. fo. 11. nu. 7.
- Alex. Seuerus summus Imperator fuit. fo. 59. nu. 13. Vlpianum pro tutore habuit. ibid. & fo. 45. nu. 7.
- Alexandri Seueri quanta fuerit seueritas. fo. 130. nu. 11.
- Algazelus maior ascendit ense præcinctus, & sedet in loco Aduocatis destinato. fo. 40. nu. 190.
- Amicis iniusta petentibus, non solum petitionem iniustam denegandam: verum etiam grauitate verborum obiurgandam. fo. 106. nu. 13.
- Amicitia summa coniunctos oportet esse milites: ita vt si qua inter eos inimicitia sit, obliuisci debeat in bello. fo. 27. nu. 112. & seq.
- Ancharani verba cõmendantur. fo. 3. n. 23.
- Anima captiua quare sic dicatur. fo. 65. nu. 12. & 13.
- Animæ omnes in initio suæ creationis æquali gradu perfectæ sunt. fo. 65. nu. 11.
- Anima quæ est in corpore rustico, non est tam apta scientiæ. fo. 65. nu. 13.

Ani-

I N D E X.

Anima quæ habitat in corpore bene organizato, aptissima est. fo. 65. nu. 15.
Annalis in Phormionem obiectus, quia de re militari præcepta dedit. fo. 70. nu. 31.
Appellans qui expresse renuntiat appellationi, an censeatur malam causam habere, & ita fateri magis quam tacite renuntians, omittendo labi tempus ad appellandum. fo. 86. nu. 116. & 118.
Appellatio admittenda non est ex causa: vt si sit periculum in mora. fo. 85. nu. 104.
Appellatio in pluribus casibus nõ admittitur. fo. 85. nu. 105.
Appellatio non relinquatur partibus à sententijs Consiliariorum Principis, sed supplicatio. fo. 55. nu. 103.
Appellatio tam in maioribus quam in minoribus causis admittenda est. fo. 84. nu. 102.
Appellationem denegans in causa ciuili, & in causa criminali, qua poena puniri debet. fo. 84. nu. 101. 102. & 103.
Appellationes notoriè calumnosæ non impediunt executionem capitalem. fo. 85. nu. 106.
Arbitrio Iudicis plures casus relinquuntur remissiue. fo. 51. nu. 58.
Arbitrium Iudici à lege concessum, & potestas, intelligitur secundum leges, vt nõ eis abutatur. fo. 50. nu. 51. 52. 53. 55. & 61.
Arbitrium Iudicis debet esse legibus munitum. fo. 48. nu. 31. & fo. 50. nu. 48.
